240827
13400

# EPHEMERIDES PHYSICO-ASTRONOMICAE PRO ANNO NATAE SALVTIS MDCCLXXXVII.

AD MERIDIANVM SALZBVRGENSEM,

*ſub altitudine poli 47 graduum, et 44 minutorum*

IN VSVM SALZBVRGENSIS,

ET

VICINARVM PROVINCIARVM

ADORNATAE

A

P. DOMINICO BECK

Matheſeos ac phyſicae experimentalis Profeſſore publico.

KÖNIGL. PREUSS. METEOROLOGISCHES INSTITUT BERLIN

*Cum Facultate Superiorum.*

SALZBVRGI,

FORMIS TYPOGRAPHIAE AVLIC. ACADEMICAE.

249

*Reuerendiſſimis, Periluſtribus, & Ampliſſimis*

DOMINIS DOMINIS

# ABBATIBVS,

CVM

*Alma, & Archiepiſcopali Vniuerſitate Benedictino-Salzburgenſi*

## FOEDERATIS,

*Dominis Dominis meis Gratioſiſſimis,*

PREUSS. METEOROLOGISCHES INSTITUT BERLIN

NOMINATIM

REVERENDISSIMO PRAESIDI

DD. IOSEPHO MAR. Abbati ad Quercum ſuperiorem.

REVERENDISSIMIS D.D. ASSISTENTIBVS,

DD. DOMINICO Abbati ad S. Petrum Salzburgi, Aſſiſtenti perpetuo.

DD. PIRMINIO Abbati ad pedem montis S. Georgii in Fiecht, Prouinciae Auſtriacae.

DD. IOSEPHO Abbati Weſſofontano, Prouinciae Bauaricae.

DD. NICOLAO Abbati ad S. Michaelem Burae, Prouinciae Dioeceſeos Salzburgenſis.

DD. ANSELMO S. R. I. Praelato et Abbati Weingartenſi Prouinciae Sueuicae.

*Et reliquis cum Alma Vniuerſitate Salzburgenſi*

Foederatis Reuerendiſſimis D.D. Abbatibus,

*Auſtriacae Prouinciae.*

| | |
|---|---|
| D D. ERENBERTO Cremiſanenſi. | D.D. ANSELMO Emauſenſi Neo-Pragenſi. |
| D.D. MAVRO Garſtenſi. | D.D. AMBROSIO Seitenſtettenſi. |
| D.D. AMANDO Lambacenſi. | |

## *Bauaricae Prouinciae.*

D.D. FROBENIO S.R.I. Principi, & Abbati ad S. Emeramum Ratisbonae.
D.D. IOHANNI Bapt. Andecenſi.
D.D. RVPERTO Aſpacenſi.
D.D. DOMINICO Attilenſi.
D.D. AMANDO Benedicto - Burano.
D.D. DOMINICO Blanckenſtettenſi.
D.D. WOLFGANGO Cellae S. Mariae in Pede Caſtrorum Prenberg.
D.D. OTHMARO Ettalenſi.
D.D. BENEDICTO ad S. Iacob. Ratisb.
D.D. GREGORIO Mallerſtorffenſi.
D.D. LAMBERTO Mettenſi.
D.D. AEGIDIO Michaëlfeldenſi.
D.D. IGNATIO Niederaltachenſi.
D.D. MARTINO Prifflingenſi.
D.D. AVGVSTINO Reichenbachenſi.
D.D. GREGORIO Rottenſi.
D.D. MICHAELI Schyrenſi.
D.D. BENEDICTO Tegernſeenſi.
D.D. MICHAELI Thierhauptenſi.
D.D. BENEDICTO Varnbacenſi.
D.D. GERARDO Weichenſtephan.
D.D. RVPERTO Weltenburgenſi.

## *Salzburgenſis Dioeceſis.*

D.D. COLUMBANO Admontenſi.
D.D. OTTONI Arnolſteinenſi.
D.D. BERTHOLDO S. Lamberti in Styria.
D.D. ROMANO Oſſiacenſi.
DD. ANSELMO S. Pauli in Carintha.
D.D. AVGUSTINO Seeonenſi.
DD. ANSELMO ad S. Vitum cis Rotham.

## *Sueuicae Prouinciae*

D.D. MARTINO S.R.I. Principi, & Abbati ad S. Blaſium in Sylva Herc.
D.D. GALLO S. Cruc. Donauwerthenſi.
D.D. PLACIDO Deggingenſi.
DD. ROBERTO Elchingenſi.
D.D. AEMILIANO Füſſenſi.
D.D. MAR. IACOBO Gengenbach.
D.D. ANSELMO S. Georgii p. t. Villingæ.
D.D. BENEDICTO Maioraugienſi.
D.D. BENEDICTO MARIAE Neresh.
D.D. ROMVALDO Ochſenhuſano.
D.D. HONORATO Ottoburano.
D.D. GEORGIO Petershuſano.
D.D. PHILIPPO IACOBO S. Petri in Sylua Hercynia.
D.D. CAROLO Schutterano.
D.D. LVDOVICO Schwarzach. in Franconia.
D.D. COLUMB. S. Trudb. in Sylua Hercyn.
D.D. IOSEPHO MARIAE S. Vdal. Aug.
D.D. HONORIO Vrſinenſi.
D.D. ROMANO Wiblingenſi.
D.D. RUPERTO Ysnenſi.
DD. NICOLAO Zwifaltenſi.

**Omnibus ac ſingulis,**
Vitam longaeuam, omnemque Felicitatem
**Pro anno M DCC LXXXVII.**
Submiſse adprecatur,
**Et pro larga munificentia grati animi debitum perſoluit**

Salzburg. Calend. Octob. 1786.

*Humillima*
Aulic. Academ. Typographia

# HIC EST ANNVS A CHRISTO NATO
# MDCCLXXXVII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| AB orbe condito, *ſecund. Petau.* | 5768 | A Correctione Calendarii, | 203 |
| A diluuio vniuerſali, | 4112 | Ab Inuentione Artis Sclopetariæ, | 305 |
| A condita Roma, | 2538 | Ab Inuentione Artis Typographicæ, | 345 |
| A deuicto per Caeſarem Pompeio, | 1832 | A Fundatione Lycæi & Uniuerſitatis Benedictino-Salzburgenſis, | 167 |
| A Carolo Magno I. Imper. Germ. | 985 | | |

A natiuitate Romani Pontificis PII VI. 27 Decemb. 1717. - - 69
Ab eiusdem electione 15. Febr. 1775. - - - - 13
A natiuitate Sac. Cael. Majeſt. IOSEPHI II. 13. Martii 1741. - 46
Ab Eiusdem electione in Romanum Imperatorem 27. Martii 1764. - 23
Ab Eiusdem Coronatione 3. April. 1764. - - - 23
A natali Celſiſſimi & Reuerendiſſimi Domini Domini HIERONYMI IOSEPHI FRANCISCI de PAVLA Archi-Epiſcopi, & S. R. I. Principis Salzburgenſis, S. Sedis Apoſtolicae Legati Nati, German. Primatis, ex Illuſtriſsima Familia Sac. Rom. Imper. Comitum de Colloredo, Walſee et Mels &c. &c. 31 Maii 1732. 55
Ab electione Suae Celſitudinis 14. Martii 1772. 15

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aureus Numerus, | 2. | Epacta, | XI. |
| Indictio Romana, | 5. | Littera Dominicalis, | G. |
| Cyclus Solaris, | 4. | | |

## QVATVOR TEMPORA, SIVE IEIVNIA.

| | | |
|---|---|---|
| In Vere, | 28. Feb. 2. et 3. Mart. | In Autumno, 19. 21. et 22. Septem. |
| In AEſtate, | 30. May. 1. et 2. Iunii. | In Hyeme, 19. 21. et 22. Decemb. |

## DVODECIM SIGNA ZODIACI.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♈ Aries. | ♋ Cancer. | ♎ Libra. | ♑ Capricornus. |
| ♉ Taurus. | ♌ Leo. | ♏ Scorpio. | ♒ Aquarius. |
| ♊ Gemini. | ♍ Virgo. | ♐ Sagittarius. | ♓ Piſces. |

## FIGVRAE ET NOMINA PLANETARVM, ALIARVMQVE NOTARVM EXPLICATIO.

| | | |
|---|---|---|
| ♅ Vranus. | ● Plenilunium. | a. m. ante meridiem. |
| ♄ Saturnus. | ☾ Vltimus Quadrans. | p. m. poſt meridiem. |
| ♃ Iupiter. | ☌ Coniunctio. | g. Gradus. h. Hora. m. Min. |
| ♂ Mars. | ☍ Oppoſitio. | Q. T. Quatuor Tempora. |
| ☉ Sol. | △ Triangularis Aſpectus. | ✝ Sign. Dierum Ieiunalium. |
| ♀ Venus. | □ Quadratus Aſpectus. | |
| ☿ Mercurius. | ✶ Sextilis. | ✳ ✳ ✳ |
| ☾ Luna. | ☊ Caput Draconis. | |
| ● Nouilunium. | ☋ Cauda Draconis. | |
| ☽ Primus Quadrans. | | |

DE

# DE ECLIPSIBVS SOLIS ET LVNAE An. 1787.

Contingunt hoc Anno 6 Eclipſes, tres nimirum in ſole, et tres iu Luna; duae ex eclipſibus ſolis nobis conſpicuae fiunt, una 19 Januarii, altera 15 Junii: ſic etiam duae eclipſes lunae ſpectabuntur; una 3 Januarii, altera 24 Decembris. Prima eſt eclipſis lunae totalis, quae euenit noctu a tertio Januarii ad quartum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Pro Meridiano Salzburgenſi habetur initium | 10 h. | 51 m. | 29 ſ. | |
| - - - Jnitium totalis obſcurat | 11 | 49 | 25 | |
| - - - Medium totalis eclipſ. | 0 | 39 | 13 | mane |
| - - - Finis totalis obſcurat | 1 | 29 | 19 | |
| - - - Finis eclipſis | 2 | 27 | 15 | |
| - - - Duratio eclipſis | 3 | 35 | 46 | |

Secunda eclipſis occurrit 19 Januarii mane, et eſt eclipſis partialis in ſole ſpectanda.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| - - - Jnitium | 11 | 10 | 0 | |
| - - - Medium | 11 | 43 | 0 | |
| - - - Finis | 0 | 17 | 0 | p. merid. |
| - - - Digit. eclipt. | 0 dig. 40 min. | | | in parte diſci ſolaris boreali. |

Tertia eſt iterum eclipſis ſolaris, quae 15 Junii poſt meridiem ſeſe ſpectandam praebebit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| - - - Jnitium | 5 | 0 | p. merid. |
| - - - Medium | 5 | 51 | |
| - - - Finis | 6 | 40 | |
| - - - Quantitas obſcurat | 6 dig. 20 min. | | |

Quarta eclipſis lunae contingit 30 Junii poſt meridiem nobis inconſpicua.

Quinta eclipſis ſolis 9 Decembris occurrens pariter inuiſibilis eſt.

Sexta et vltima eſt eclipſis lunae partialis, quae habebitur 24 Decembris veſperi.

Luna iamiam obſcurata oritur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| - - - Jnitium huius eclipſis contingit infra horizontem | 2 h. | 33 m. | 14 ſ. | |
| - - - Medium ſupra horizont. | 3 | 59 | 41 | |
| - - - Finis | 5 | 26 | 8 | |
| - - - Duratio eclipſis | 2 | 52 | 54 | |
| - - - Luna oritur Salzburgi | 3 | 50 | 10 | p. m. |

## FESTA MOBILIA.

| | |
|---|---|
| Septuageſima - - - - | 4 Februarii. |
| Dies Cinerum - - - - - | 21 Februarii. |
| Paſcha. - - - - - - | 8 Aprilis. |
| Dies Rogationum - - | 14, 15 et 16 Maii. |
| Aſcenſio Domini - - - | 17 Maii. |
| Pentecoſtes - - - - | 27 Maii. |
| Dominica Ss. Trinitatis - - - | 3 Iunii. |
| Feſtum Corporis Chriſti - - - | 7 Iunii. |
| Dominica prima Aduentus - - | 2 Decembris. |

# JANVARIVS habet dies XXXI.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☽ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ort. ☉ h. m. | Occaſ. ☉ h. m. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 a *Circumc. Dom.* | 6 ♊ 3 | 11 ♑ 4 | 12 3 57 | 7 52 | 4 8 |
| 2 b Macarii Abb. | 2 ♊ 6 | 12 5 | - 4 26 | - 52 | - 8 |
| 3 c Genouefae V. | 5 ♋ 55 | 13 7 | - 4 54 | - 51 | - 9 |
| 4 d Titi Epiſ. | 20 ♋ 35 | 14 8 | - 5 21 | - 50 | - 10 |
| 5 e Teleſph. P. | 5 ♌ 0 | 15 9 | - 5 48 | - 50 | - 10 |
| 6 f *Epiphan. Dom.* | 19 ♌ 0 | 16 10 | - 6 15 | - 49 | - 11 |
| *Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim.* Luc. 2 | | | | | |
| 7 G 1 Canuti R.M. | 2 ♍ 35 | 17 11 | - 6 41 | - 48 | - 12 |
| 8 a Erhardi Ep. | 17 ♍ 56 | 18 12 | - 7 6 | - 48 | - 12 |
| 9 b Marcel. M. | 2 ♍ 33 | 19 13 | - 7 32 | - 47 | - 13 |
| 10 c Pauli Eremit. | 11 ♎ 1 | 20 15 | - 7 56 | 46 | - 14 |
| 11 d Hygini Pap. | 23 ♎ 15 | 21 16 | - 8 0 | - 45 | - 15 |
| 12 e Erneſti Presb. | 5 ♏ 10 | 22 17 | - 8 44 | - 44 | - 16 |
| 13 f Hilarii Ep. | 17 ♏ 2 | 23 18 | - 9 6 | - 43 | - 17 |
| *Nuptiae factae ſunt in Cana Galileae,* Ioh. 2. | | | | | |
| 14 G 2 *Feſt. N. Jeſ.* | 28 ♏ 51 | 24 19 | - 9 29 | - 42 | - 18 |
| 15 a Mauri Abb. | 10 ♐ 33 | 25 20 | - 9 51 | - 41 | - 19 |
| 16 b Marcel. P. | 22 ♐ 40 | 26 21 | - 10 11 | - 40 | - 20 |
| 17 c Antonii Erem. | 4 ♑ 46 | 27 22 | - 10 31 | - 39 | - 21 |
| 18 d Priſcae V. | 17 ♑ 3 | 28 24 | - 10 51 | - 38 | - 22 |
| 19 e Marii Mart. | 29 ♑ 33 | 29 25 | - 11 10 | - 37 | - 23 |
| 20 f F. & Seb. M. | 12 ♒ 0 | 0 ♒ 26 | - 11 28 | - 36 | - 24 |
| *Cum deſcendiſſet Ieſus de monte.* Matth. 9. | | | | | |
| 21 G 3 Agnetis V. | 25 ♒ 14 | 1 27 | - 11 45 | - 34 | - 26 |
| 22 a Vincent. M. | 8 ♓ 25 | 2 28 | - 12 2 | - 33 | - 27 |
| 23 b Deſp. B.M.V. | 21 ♓ 50 | 3 29 | - 12 17 | - 32 | - 28 |
| 24 c Timothei. | 5 ♈ 27 | 4 30 | - 12 32 | - 30 | - 29 |
| 25 d Conu. S. Pauli. | 19 ♈ 15 | 5 31 | - 12 46 | - 29 | - 31 |
| 26 e Polycarpi M. | 3 ♉ 14 | 6 32 | - 12 59 | - 28 | - 32 |
| 27 f Joann. Chryſ. | 17 ♉ 22 | 7 33 | - 13 12 | - 27 | - 33 |
| *Aſcendente Ieſu in nauiculam.* Matth. 8. | | | | | |
| 28 G 4 Caroli Mag. | 1 ♊ 38 | 8 34 | - 13 23 | - 26 | - 35 |
| 29 a Franc. Saleſ. | 15 ♊ 58 | 9 35 | - 13 34 | - 24 | - 36 |
| 30 b Martinae V. | 0 ♋ 21 | 10 35 | - 13 44 | - 22 | - 37 |
| 31 c Petr. Nolaſc. | 14 43 | 11 36 | - 13 54 | - 21 | - 39 |

## Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 3 | 15 | Sept. |
| 7 | 3 | 59 | |
| 13 | 4 | 26 | Merid. |
| 19 | 1 | 25 | Sept. |
| 25 | 5 | 14 | |

| D. | Ortus ☾ h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 1 31 p.m. | 5 5 a.m. |
| 7 | 8 5 p.m. | 9 27 a.m. |
| 13 | 2 29 a.m. | 11 31 a.m. |
| 19 | 7 24 a.m. | 4 41 p.m. |
| 25 | 9 34 a.m. | Cras |

### Phaſes lunae.

| | |
|---|---|
| 4 | Plenil. 0 h. 48′ a.m. |
| 11 | Vlt. q. 7 - 12′ a.m. |
| 19 | Nouil. 11 - 31′ a.m. |
| 26 | Prim. q. 6 - 5′ p.m. |

## PHAENOMENA et obſervationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 3 | Ecclipſ. ☾ totalis |
| 4 | ☌ ♀ ☉ 5 h. p. m. |
| | . . . ☾ Uranus |
| 12 | ☉ in ☋ ♄. |
| 13 | ☍ Urani ♂ ☉ 3 h. 59′ p. m. |
| 14 | ☾ in apog. |
| 17 | ☾ ♄ ♀ ☿. |
| 19 | Ecclipſ. ☉ viſibilis |
| 19 | ♀ in perihel. |
| 20 | ☉ in ♒ 1 h. mane |
| 25 | ☾ ♃. |
| 28 | ☾ in perig. |
| 30 | Emerſio I Satellitis Iovis 0 h. 38 m. 46 ſec. a.m |
| 31 | Emerſ. I Sat. ♃ 7 h. 7 min. 26 ſec. p.m. |

| Loca Planetarū Dies | ♄ G. ♒ | ♄ M. | ♃ G. ♉ | ♃ M. | ♂ G. ♐ | ♂ M. | ♀ G. ♑ | ♀ M. | ☿ G. ♐ | ☿ M. | ♅ G. ♋ | ♅ M. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 15 | 10 | 11 | 20 | 25 | 1 | 16 | 15 | 23 | 51 | 44 | 1 |
| 13 | 16 | 29 | 11 | 24 | 4 ♑ | 0 | 9 | 20 | 29 | 21 | 23 | 22 |
| 25 | 17 | 50 | 11 | 58 | 13 | 6 | 6 | 40 | 13 ♑ | 44 | 22 | 55 |

## D. Chriſtiani Andreae Cothenii Obſeruationes

### De Lue bouina,

### addito ſimul Iudicio et Conſilio oeconomico praeſeruationem aeque, ac curationem huius concernente.

### *Obſeruatio I.*

Quum rumor ſpargeretur, ciuitatem noſtram Hauelbergenſem lue illa boum et vaccarum longe lateque graſſante, triſtiſſimamque cladem inferente, etiam eſſe infectam, demandatae mihi prouinciae rationem habiturus, ipſe me in campum morticinorum contuli, ibique tres vaccas in praeſentia mea aperire juſſi, in quibus haec notatu digna occurrebant. Prima ſeptem annorum erat, jamque per quinque menſes foetum geſſerat Haec per octo tantum dies male ſe habuerat ita quidem, vt lac ei defecerit, ac tandem anxie ſe ſe geſſerit; quadantenus adhuc erat carnoſa, pinguedine hinc inde in conſpectum prodeunte. In partibus externis nihil notatu dignum occurrebat; cum vero pectus aperiretur, lobus pulmonum dexter magnitudinem naturalem conſuetam ultra dimidium ſuperare deprehendebatur; tota ejusdem ſubſtantia ſuppurata, pureque viſcido, oleoſo, ex albo flaveſcente, repleta conſpiciebatur, exterius vero rubicundum colorem monſtrabat. In arteria aſpera mucus flaueſcens ſubſiſtebat. Cor ſanguine nigro turgebat. Praeter haec nihil, quod ſtatum praeternaturalem arguere potuiſſet, interne oculis ſe ſiſtebat. Ventriculi tantum non omnes foeno viridi impleti adhuc erant. Hepar quodammodo durum erat, veſicula vero fellea magnitudinis erat

# FEBRVARIVS habet dies XXVIII.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☽ G. | M. | Curſus ☉ G. | M. | Tempus med. ☉ H. | M. | S. | Ort. ☉ h. | m. | Occa. ☉ h. | m. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 d Ignatii Ep.M. | 28♋ | 58 | 12♒ | 37 | 12. | 14. | 2 | 7 | 20 | 4 | 40 |
| 2 e *Purific.B.M.V.* | 13♌ | 3 | 13 | 38 | - | 14 | 9 | - | 18 | - | 42 |
| 3 f Blaſii Ep. | 26♌ | 32 | 14 | 39 | - | 14 | 16 | - | 17 | - | 43 |
| *Simile factum eſt regnum coelorum homini Patrifamilias* M.20. | | | | | | | | | | | |
| 4 G *Septuageſ.* | 10♍ | 23 | 15 | 39 | - | 14 | 22 | - | 15 | - | 45 |
| 5 a Agathae V. | 23♍ | 33 | 16 | 40 | - | 14 | 27 | - | 14 | - | 46 |
| 6 b Amandi Ep. | 6♎ | 22 | 17 | 41 | - | 14 | 31 | - | 12 | - | 48 |
| 7 c Romuald. | 18♎ | 53 | 18 | 42 | - | 14 | 34 | - | 11 | - | 49 |
| 8 d Bach. Honor. | 1♏ | 6 | 19 | 42 | - | 14 | 36 | - | 9 | - | 51 |
| 9 e Apollon.M. | 13♏ | 7 | 20 | 43 | - | 14 | 38 | - | 8 | - | 52 |
| 10 f Scholaſticae V. | 25♏ | 0 | 21 | 44 | - | 14 | 39 | - | 6 | - | 54 |
| *Exiit, qui ſeminat ſemivare Semen ſuum.* Luc. 8. | | | | | | | | | | | |
| 11 G *Sexag.*Euphr. | 6♐ | 48 | 22 | 44 | - | 14 | 39 | - | 4 | - | 56 |
| 12 a Eulaliae | 18♐ | 40 | 23 | 45 | - | 14 | 39 | - | 3 | - | 57 |
| 13 b Sigeberti | 0♑ | 39 | 24 | 45 | - | 14 | 37 | - | 1 | - | 59 |
| 14 c Valentini Ep. | 12♑ | 49 | 25 | 46 | - | 14 | 35 | 6 | 59 | 5 | 1 |
| 15 d Fauſtini | 25♑ | 16 | 26 | 47 | - | 14 | 33 | - | 58 | - | 2 |
| 16 e Jul.Vir. | 8♒ | 0 | 27 | 47 | - | 14 | 30 | - | 56 | - | 4 |
| 17 f Donati | 21♒ | 2 | 28 | 48 | - | 14 | 25 | - | 54 | - | 6 |
| *Ecce aſcendimus Jeroſolimam.* Luc.18. | | | | | | | | | | | |
| 18 G *Quinq.*Sim.E. | 4♓ | 23 | 29 | 48 | - | 14 | 20 | - | 53 | - | 7 |
| 19 a Manſueti. | 18♓ | 1 | 0♓ | 49 | - | 14 | 15 | - | 51 | - | 9 |
| 20 b Eucharii Ep. | 1♈ | 53 | 1 | 49 | - | 14 | 9 | - | 49 | - | 11 |
| 21 c Dies Ciner. | 15♈ | 55 | 2 | 49 | - | 14 | 2 | - | 48 | - | 12 |
| 22 d Cathed.S.P | 0♉ | 3 | 3 | 50 | - | 13 | 54 | - | 46 | - | 14 |
| 23 e Lazari Epiſc. | 14♉ | 13 | 4 | 50 | - | 13 | 46 | - | 44 | - | 16 |
| 24 f Matt.Ap. | 28♉ | 22 | 5 | 50 | - | 13 | 37 | - | 42 | - | 17 |
| *Ductus eſt Ieſus a Spiritu in deſertum.* M. 4. | | | | | | | | | | | |
| 25 G *Invoc.* Walb. | 12♊ | 29 | 6 | 50 | - | 13 | 27 | - | 41 | - | 19 |
| 26 a Alexand. | 26♊ | 34 | 7 | 51 | - | 13 | 17 | - | 39 | - | 21 |
| 27 b Leandri Ep. | 10♋ | 34 | 8 | 51 | - | 13 | 7 | - | 37 | - | 22 |
| 28 c Romani *Q.T.* | 24♋ | 27 | 9 | 51 | - | 12 | 56 | - | 36 | - | 24 |

## Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 1 | 22 | Merid. |
| 7 | 5 | 10 | |
| 13 | 1 | 9 | |
| 19 | 4 | 39 | Sept. |
| 25 | 2 | 34 | |

| D. | Ortus ☾ h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 3 43 p.m | 6 28 a.m. |
| 7 | 11 7 p.m | 8 38 a.m. |
| 13 | 4 3 a.m | 12 12 a.m. |
| 19 | 6 56 a.m | 7 19 a.m. |
| 25 | 10 1 a.m | 1 44 a.m |

### Phaſes lunae.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 2 | Plenil. | 1 h. 5′ | p. m. |
| 10 | Vlt.q. | 4 39 | a. m. |
| 18 | Novil. | 3 9 | a. m. |
| 25 | Prim q. | 1 40 | a. m. |

## PHAENOMENA et obſeruationes aſtrorum.

| Dies | |
|---|---|
| 1 | ☾ ♂. |
| 3 | ☉ in parallel. Sirii culmin. 9 h. 27′ p. m. |
| 8 | ☌ ♄ ☉ 1 h. mane. |
| 11 | ☾ in apog. |
| 14 | Eclip. I. Satell. ♃ 10 h. 58′ - 2′ p. m. |
| 15 | ☾ ♂ |
| 16 | Eclip. I. Satell. ♃ 5 h. 28 m. 26 ſec. p. m. |
| 18 | ☉ in ♓ 4 h. 43′ p. m. |
| 23 | ☾ ♃ ... Eclipſ. I Satell. ♃. 7 h. 24 m. p. m. |
| 24 | ☾ in perig. |
| 28 | ☾ ♂. |

| Loca, Planetarii | Dies | ♄ G. ♓ | M. | ♃ G. ♉ | M. | ♂ G. ♑ | M. | ♀ G. ♑ | M. | ☿ G. ♑ | M. | ♅ G. ♌ | M. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 1 | 18 | 41 | 12 | 30 | 18 | 20 | 7 | 44 | 23 | 39 | 22 | 44 |
| | 13 | 20 | 9 | 13 | 48 | 27 | 32 | 13 | 14 | 12 ♒ | 18 | 22 | 11 |
| | 25 | 21 | 33 | 15 | 24 | 6 ♓ | 46 | 21 | 52 | 3 ♓ | 4 | 21 | 51 |

inſolitae ejusque parietibus particulae quaedam pingues flaueſcentes firmiter adhaerebant. In cerebro tandem diſſecto nihil notatu dignum aut praeternaturale adparebat.

Altera vacca, quinque licet tantum annorum, per aliquot tamen circiter menſes morbo afflicta fuerat, nihilque quam contabeſcentia, tuſſis cum anhelitu, adpetitusque interdum deficiens, in ea obſeruatum fuit; admodum vero gracilis et tabe conſumta, neque minus omni pinguedine et adipe deſtituta deprehendebatur. In thoracis cauitate magna erat quantitas aquae, quatuor ad minimum menſuras implens. Pulmonum lobus ſiniſter pleurae, imo coſtis ipſis firmiter adnatus, flaccidus apparebat, ac interne materia purulenta flaueſcente atque ſubſtantia quadam lapidea ex albo gryſea turgebat. Cor quoque erat flaccidum. Organa concoctioni inſeruientia magna pabuli quantitate, et quidem maxime foeno recenti virideſcente referta, ultraque modum diſtenta adparebant. Partes reliquae, praeter flacciditatem, et quod hepar variis in locis aliquo modo durum eſſet, nihil peculiare monſtrabant.

Tertia vaccarum per viginti circiter dies male ſe habuerat, alimenta tamen exhibita uon penitus recuſauerat, et tantum tuſſi et anhelatione afflicta fuit. Cauitatem thoracis, pariter, vti in ſecunda vacca, multa aqua replebat, dexterque pulmonum lobus eodem modo coſtis firmiſſime adhaereſcens, flaccidus et abſceſſibus obſeſſus deprehendebatur, ſicuti etiam intuitu reliquarum circumſtantiarum hoc cadauer cum antecedente conueniebat.

De reliquo ex carnificis relatione certior redditus ſum, quod omnes, quotquot demortuae et diſſectae fuerunt vaccae, quarumque numerus in tribus nouiſſime praeterlapſis menſibus ad XXX. usque adſurrexiſſe dicitur, pectus aqua repletum, pulmones exulceratos et pleurae adnatos, nec minus etiam interdum hepar durum et cum peritonaeo concretum, pluribusque in circumferentia abſceſſibus contaminatum monſtraverint.

Poſſeſſores autem pecorum lue tali ſublatorum, referunt, quod ea tam in pratis, quam etiam in ſtabulis alimenta auide ſatis deuorauerint. Adfirmant quoque, quod nihil extraordinarii, praeter tuſſim, anhelationem et contabeſcentiam, in iis obſeruauerint, lac ettam non ſimul et ſemel, ſed ſucceſſiue defecerit, itemque, quod quaedam iſtarum vaccarum per duas, quatuor, imo octo ſeptimanas male ſe habuerint. De aliis referunt, quod primis quatuor diebus decumbere noluerint, tandem vero, et quidem ſemper in vnicum latus, ſe ſe projecerint, quodque tuſſis inprimis ſub erectione inualuerit, et ex naribus ſanguis, vnacum materia purulenta, prodierit, atque haec ſymptomata tandem elapſis aliquot diebus, accedente prius ſanguinis circa anum ſtagnatione, mors ipſa exceperit.

Ex hiſce igitur circumſtantiis concludere licebit, morbum hunc neutiquam ad illorum pertinere cenſum, qui non ſolum cominus, ſed etiam eminus, dum effluuia aegrotantium pecorum cum veſtibus transferuntur, ſanum pecus inficiunt, ſed potius *phthiſin pulmonalem* ex febre catarrhali, a cauſſa vniuerſali, ſcilicet tempeſtatis mutatione, exortam, ſicque epidemicam, eſſe nominandam.

 Ori-

# MARTIVS habet dies XXXI.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☾ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ortus ☉ h. m. | Occa. ☉ h. m |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 d Albini. | 8 ♌ 14 | 10 ♓ 51 | 12 12 43 | 6 32 | 5 28 |
| 2 e Simplicii *Q. T.* | 21 ♌ 52 | 11 51 | - 12 19 | - 31 | - 29 |
| 3 f Chuneg. *Q. T.* | 5 ♍ 20 | 12 51 | - 12 5 | - 29 | - 31 |
| *Aſſumpſit Jeſus Petrum, Jacobum, & Johannem.* Math. 17. | | | | | |
| 4 G 2 *Rem.* Caſim. | 18 ♍ 33 | 13 51 | - 11 52 | - 27 | - 33 |
| 5 a Adriani. | 1 ♎ 32 | 14 51 | - 11 37 | - 25 | - 36 |
| 6 b Victor. M. | 14 ♎ 14 | 15 51 | - 11 23 | - 24 | - 36 |
| 7 c Thom. Aq. | 26 ♎ 41 | 16 51 | - 11 8 | - 22 | - 38 |
| 8 d .Philem. | 8 ♏ 53 | 17 51 | - 10 52 | - 20 | - 40 |
| 9 e Franciſc. Vid. | 20 ♏ 53 | 18 51 | - 10 36 | - 18 | - 42 |
| 10 f Quadrag. | 2 ♐ 45 | 19 51 | - 10 20 | - 17 | - 43 |
| *Erat Jeſus eiiciens Daemonium.* Luc. 11. | | | | | |
| 11 G 3 *Oculi* Conſt. | 14 ♐ 34 | 20 50 | - 10 4 | - 15 | - 45 |
| 12 a Gregorii. | 26 ♐ 25 | 21 50 | - 9 47 | - 13 | - 47 |
| 13 b Euphroſiae. | 8 ♑ 24 | 22 50 | - 9 30 | - 11 | - 49 |
| 14 c Mathildis | 20 ♑ 35 | 23 50 | - 9 13 | - 10 | - 50 |
| 15 d Longini M. | 3 ♒ 3 | 24 49 | - 8 56 | - 8 | - 52 |
| 16 e Abraham Ere. | 15 ♒ 53 | 25 49 | - 8 38 | - 6 | - 54 |
| 17 f Gertrudis V. | 29 ♒ 8 | 26 49 | - 8 20 | - 4 | - 56 |
| *Jeſus Paſcit quinque millia hominum.* Joann. 6. | | | | | |
| 18 G 4 *Lœt.* Narciſſi | 12 ♓ 56 | 27 48 | - 8 2 | - 3 | - 57 |
| 19 a *Ioſephi* | 26 ♓ 48 | 28 48 | - 7 44 | - 1 | - 59 |
| 20 b Ioach. P. B. V. | 11 ♈ 6 | 29 47 | - 7 26 | 5 59 | 6 |
| 21 c Benedicti. | 25 ♈ 36 | 0 ♈ 47 | - 7 8 | - 57 | - 3 |
| 22 d Octaviani M. | 10 ♉ 10 | 1 46 | - 6 50 | - 56 | - 4 |
| 23 e Fidelis M. | 24 ♉ 42 | 2 46 | - 6 31 | - 54 | - 6 |
| 24 f Gabrielis Arch | 9 ♊ 7 | 3 45 | - 6 13 | - 52 | - 8 |
| *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Ioh. 8. | | | | | |
| 25 G 5 *Iud. Ann. B. V.* | 23 ♊ 20 | 4 44 | - 5 54 | - 51 | - 9 |
| 26 a Caſtul. | 7 ♋ 22 | 5 44 | - 5 35 | - 49 | - 11 |
| 27 b Rupert. | 21 ♋ 11 | 6 43 | - 5 17 | - 47 | - 13 |
| 28 c Gundrami. | 4 ♌ 48 | 7 42 | - 4 58 | - 45 | - 15 |
| 29 d Mechtild. | 18 ♌ 14 | 8 41 | - 4 39 | - 44 | - 16 |
| 30 7 Dolor B. V. M | 1 ♍ 28 | 9 40 | - 4 21 | - 42 | - 18 |
| 31 f Balbinae. V. | 14 ♍ 32 | 10 40 | - 4 2 | - 40 | - 20 |

Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 13 | Merid. |
| 7 | 4 | 53 | |
| 13 | 0 | 15 | |
| 19 | 4 | 52 | Sept. |
| 25 | 1 | 26 | |

| D. | Ortus ☾ h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 2 43 p. m. | 5 1 a. m. |
| 7 | 9 58 p. m. | 7 8 a. m. |
| 13 | 2 58 a. m | 11 4 a. m. |
| 19 | 5 27 a. m. | 6 20 p. m |
| 25 | 9 1 a. m. | - 51 a. m. |

Phaſes lunae.

| | | |
|---|---|---|
| 4 | Plenil | 2 h. 40 a. m. |
| 12 | Vlt. q | 1 - 45 a. m. |
| 19 | Novil. | 3 - 56 p. m. |
| 26 | Prim. q. | 8 - 57' a. m. |

## PHAENOMENA et obſeruationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 1 | ☌ ☿ ☉ ſuperior 9 h. p. m. |
| 2 | Eclipſ. I. Satell. ♃ 9 h. 21 m. p. m. |
| 10 | ☾ in apog. |
| 13 | ☾ ♀ |
| 17 | ☾ ♄. |
| 18 | Eclipſ. I. Satell. I 7 h. 45 m. 41 ſec. p. m. |
| 20 | ☉ in ♈ 5 h 6 m. 17 ſec. p. m. Aequinoct Initium Veris. |
| 23 | ☾ in perig. |
| 25 | Eclip. I Sat. ♃ 9 h. 43' 30''. |
| 27 | ☾ ♂. |
| 30 | ☉ in diſt. media a ♅. |

Loca Planetarum.

| Dies | ♄ G. ♒ | ♄ M | ♃ G. ♉ | ♃ M. | ♂ G. ♒ | ♂ M. | ♀ G. ♑ | ♀ M. | ☿ G. ♓ | ☿ M. | ♅ G. ♋ | ♅ M |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 21 | 57 | 16 | 2 | 9 | 50 | 25 | 16 | 10 | 30 | 21 | 47 |
| 13 | 23 | 24 | 18 | 3 | 19 | 8 | 6 ♒ | 20 | 3 ♈ | 50 | 21 | 30 |
| 25 | 24 | 40 | 20 | 19 | 28 | 27 | 18 | 27 | 23 | 19 | 21 | 25 |

Originem hujus morbi veram quod attinet, ſequentes circumſtantias, ut probe perpendamus, neceſſe erit. Pecora fortaſſis in vere praeterlapſo nimis praemature intra paſcua fuerunt abacta, vbi tamen ob ingentem eorum numerum, qui hic loci vltra nouies centum increuerat, paſtus non ſufficiebat, vnde factum eſſe videtur, vt vnacum gramine recenti admodumque exiguo, quod ideo ad radices fere pecora demordere ſolent, multum admodum ab inundatione Albis relictae terrae limoſae, qua gramen obtectum fuit, ſimul deuorauerint. Obſeruatum enim eſt in noſtris regionibus, quod limus, quem Albis relinquere ſolet, dum hyberno et vernali tempore prata inundat, agros quidem impinguet, ſed ſimul quoque gramen, niſi a pluuia illud abluatur, priusquam pecora pratis committuntur, inſalubre ſemper reddat. Tales vero, tam vtiles et neceſſariae pluuiae hoc in anno plane emanſerunt, vel potius pecora, cum ob Albis inundationem, exeunte Majo ſecunda vice contingentem, ex locis inferioribus ad ſuperiora coërcerentur, ibique fame quam maxime premerentur, ante talis pluuiae acceſſum in prata, terra limoſa adhuc obtecta, iterum fuerunt abacta.

Quamuis autem haec adducta cauſſa omnino talem effectum, qualis in demortuis noſtrae regionis pecoribus ſe ſe exſeruit, producere et excitare valeat; neutiquam tamen adduci poſſum, vt credam, vnicam illam eſſe et ſolam. Terra enim arenoſa majorem copiam materiae lapidoſae in hepate, pulmonibus et aliis partibus glanduloſis gignere ſolet. Proinde quoque conſtat, ſingulari illa virtute gaudere gramen recens, vt eiusmodi terram limoſo-arenoſam et concrementa quaſi tophacea diſſoluat, atque per alia loca excretoria, nempe vias vrinarias et inteſtina, ſe-et excretionem eiusdem promoueat, quemadmodum etiam experientia docet, quod ſaepiſſime tempore hyberno in hepate boum concrementa lapidea inueniantur, quae tamen tempore vernali a gramine viridi rurſus diſſoluuntur et annihilantur. Accedit porro, quod effectus noxius paullo citius, nempe in ſubſequente Junio, certe ſe ſe exſeruiſſet, quodque tandem ſimilia phaenomena in aliis quoque regionibus, quas Albis non attingit, obſeruata fuerint. Tantum tamen abeſt, vt hancce circumſtantiam, quoad terram limoſam, ex nexu cauſſarum relegemus, vt potius ad iſtam reliquasque res, ſingularem influxum in vitam, ſanitatem et morbos hominum aeque ac brutorum exſerentes, reſpiciamus.

Potiſſimum vero *tempeſtas* attentionem meretur noſtram. Dum enim recordamur, quod tempeſtas menſe Majo calida, cum frequentiore tonitru et fulgure, extiterit, ſicque ad finem usque Junii continuauerit, hoc ipſo vero tempore, inque toto Julio, frigus cum calore ſingulari plane modo alternauerit, et quod dies feruidos iterum frigidi, noctesque pariter algidae exceperint, nec non quod in menſe Auguſto tempeſtatis conſtitutio horridula, humida et frigida fuerit: facile concludere poſſumus, talem illius conditionem in pecoribus, vtpote diu noctuque iniuriis aëris liberioris hic locorum expoſitis, nec ſub fruticibus et arboribus quidquam leuaminis inuenientibus, magnam vim exſeruiſſe. Aër enim frigidus et humidus humores inſpiſſat, elaterem fibrarum motricium debilitat, cutis vero poros obſtruit, ſicque transſpirationem inſenſibilem pariter quoque in pecoribus imminuit; hinc humores non ſolum maiori in copia verſus interiora

re-

## APRILIS habet dies XXX.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☾ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ortus ☉ h. m. | Occaſ ☉ h. m. |
|---|---|---|---|---|---|
| *Cum appropinquaſſet Jeſus Hieroſol.* Math. 21. | | | | | |
| 1 G 6 *Palm.* Hugo | 27♍23 | 11♈39 | 12 3 44 | 5 38 | 6 22 |
| 2 a Franc. de Paul | 10♎ 4 | 12 38 | 3 26 | - 37 | - 23 |
| 3 b Richardi. Ep. | 22♎33 | 13 37 | - 3 8 | - 35 | - 27 |
| 4 c Iſidori Ep. | 4♏50 | 14 36 | - 2 49 | - 33 | - 27 |
| 5 d *Coen Dom.* | 16♏56 | 15 35 | - 2 31 | - 32 | - 28 |
| 6 e Paraſcev. Sixti | 28♏53 | 16 33 | - 2 14 | - 30 | - 30 |
| 7 f Sabb. S. Epiph. | 10♐43 | 17 32 | - 1 56 | - 28 | - 32 |
| *Maria Magdalena, Maria Jacobi & Salome.* Marc. 16. | | | | | |
| 8 G *Paſch.* Perpet. | 22♐32 | 18 31 | - 1 39 | - 26 | - 33 |
| 9 a Mar. Aegypt. | 4♑21 | 19 30 | - 1 22 | - 25 | - 35 |
| 10 b Ezechielis Pr. | 16♑18 | 20 29 | - 1 6 | - 23 | - 37 |
| 11 c Leon. M. | 28♑28 | 21 27 | - 0 49 | - 21 | - 39 |
| 12 d Zenonis | 10♒55 | 22 26 | - 0 33 | - 20 | - 40 |
| 13 e Hermenegild. | 22♒25 | 23 25 | - 0 17 | - 18 | - 42 |
| 14 f Tiburtii M. | 7♓ 2 | 24 24 | - 0 2 | - 17 | - 43 |
| *Cum ſero eſſet in die illa.* Joh 20. | | | | | |
| 15 G 1 *In Albis.* | 20♓47 | 25 22 | 11.59.47 | - 15 | - 45 |
| 16 a Lamberti | 4♈58 | 26 21 | 11.59.33 | - 13 | - 47 |
| 17 b Aniceti | 19♈33 | 27 19 | 11.59.18 | - 11 | - 49 |
| 18 c Eleutherii. | 4♉24 | 28 18 | 11.59 5 | - 10 | - 50 |
| 19 d Timothei | 19♉22 | 29 17 | 11.58.51 | - 8 | - 52 |
| 20 e Sulpitii | 4♊18 | 0♉15 | - 58.38 | - 7 | - 53 |
| 21 f Anſelmi Arch. | 19♊ 3 | 1 13 | - 58.26 | - 5 | - 55 |
| *Ego ſum paſtor bonus.* Joh. 10. | | | | | |
| 22 G 2 *Miſeri.* S. et C. | 3♋33 | 2 12 | - 58.14 | - 3 | - 57 |
| 23 a Georgii Equit | 17♋45 | 3 01 | - 58. 2 | - 2 | - 58 |
| 24 b Honorii Ep. | 1♌36 | 4 9 | - 57.51 | - 0 | - 0 |
| 25 c Marci. Ev. | 15♌ 9 | 5 1 | - 57.40 | 4 59 | 7 1 |
| 26 d Cleti. & Marc. | 28♌25 | 6 5 | - 57.30 | - 57 | - 3 |
| 27 e Peregrini | 11♍25 | 7 3 | - 57.21 | - 56 | - 4 |
| 28 f Vitalis M. | 24♍11 | 8 2 | - 57.11 | - 54 | - 6 |
| *Modicum et non videbitis me.* Ioan. 16. | | | | | |
| 29 G 3 *Iub.* Petri M. | 6♎46 | 9 0 | - 57. 3 | - 52 | - 7 |
| 30 a Catharin. S. | 19♎ 9 | 19 58 | - 56.55 | - 51 | - 6 |

### Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 4 | 54 | Merid. |
| 7 | 2 | 20 | |
| 13 | 3 | 37 | Sept. |
| 19 | 3 | 45 | |
| 25 | 3 | 9 | Merid. |

| Ortus ☾ D. | h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 5 34 p.m. | 4 39 a.m. |
| 7 | mane | 7 20 a.m. |
| 13 | 2 53 a.m. | 1 30 p.m. |
| 19 | 5 21 a.m. | 9 9 p.m. |
| 25 | 11 53 a.m. | 1 49 a.m. |

### Phaſes lunae.

| | |
|---|---|
| 2 | Plenil. 5 h. 11′ p m. |
| 10 | Vlt. q. 8 - 56 p m. |
| 18 | Novil. 1 - 34 a m. |
| 24 | Prim. q. 4 - 46 p. m. |

### PHAENOMENA et obſeruationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 4 | ☉ in parallel. Procyon culm. 6 h. 32′ p. m. |
| 7 | ☾ in apog. |
| 10 | Eclipſ. I Satell. ♃ 8 h. 8 m. 24 ſec. p. m. |
| 13 | ☾ ♄ |
| 14 | ☾ ♀ |
| 15 | ☌ ☿ ☉ inferior 1 h. mane |
| 19 | ☾ ♃ 10 h. p. m. |
| 20 | ☉ in ♉ 5 h. 48′ mane |
| 20 | ☾ in perig. |
| 29 | ☉ in parallel. a Hercul. culm. 2 h. 40′ mane. |

| Loca Planetarum Dies | ♄ G. ♒ M. | | ♃ G. ♉ M. | | ♂ G ♓ M. | | ♀ G. ♒ M. | | ☿ G. ♈ M. | | ⛢ G. ♋ M | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 25 | 20 | 21 | 44 | 3 | 53 | 25 | 50 | 28 | 43 | 21 | 25 |
| 13 | 26 | 25 | 24 | 19 | 13 | 11 | 8 ♓ | 56 | 25 | 42 | 21 | 31 |
| 25 | 27 | 20 | 27 | 0 | 22 | 28 | 22 | 23 | 18 | 53 | 21 | 43 |

retroaguntur, ſed etiam ultra modum accumulantur, ſimulque illud, quod mixtioni ſanguinis plane eſt aduerſum, quodque alias excerni debet, nempe viſcidum et acre retinetur, unde fit, vt humores partim ob abundantiam ſuam et viſciditatem ad circulationem liberiorem inepti euadant, partim ob acrimoniam coniunctam partes ſolidas arrodant et continuo ad contractionem ſtimulent. Quia etiam porro, prae omnibus reliquis partibus, nares, fauces et pulmones iniuriis externi aëris maxime ſunt expoſitae, ideo mirum haud eſt, ſi ſanguis ſpiſſior, pituitoſus, particuliſque acrioribus inquinatus, potiſſimum partium harum modo allegatarum fibras et membranas, ab aëre humido iamiam relaxatas, ultra modum extendat, verſus ductus excretorios, ſiue glandulas membranarum, quae iſtas partes inueſtiunt, congeratur, orificia ad contractionem irritet, ſibique ipſi exitum praecludat. Sic autem in tunica pituitaria inflammatio ſanguineo-feroſa inducitur, et quia aër externus frigidus eiuſdem diſcuſſionem impedit, tandem ſtaſes, ſuppurationes et ſcirrhi in tunica modo dicta, et in ipſa pulmonum ſubſtantia, exoriuntur.

Cum itaque ſanguis ob modo dicta obſtacula per venas pulmonales tanta celeritate reuehi nequeat, quanta per arterias aduehitur, neceſſe eſt, vt ab arteriis prodeuntia vaſa lymphatica vltra modum infarciantur atque, in extremitatibus ſuis diſtendantur et aperiantur, vel diſrumpantur, ſicque nunc manifeſto patet, unde tanta aquae quantitas in pectore prouenerit. Confirmat enim huncce a tempeſtate inductum effectum ipſa quoque experientia ab hominibus deſumta, ſiquidem praeter hancce aeſtatem ego nullam plane noui, ſub qua homines adeo numeroſis et frequentibus coryzae et rheumatiſmorum incommodis, alias tamen hoc anni tempore ſponte ordinarie ceſſantibus, adflicti fuerunt. Quod vero non in omnibus et ſingulis pecoribus talis aëris adverſi effectus, quem fortaſſis perſenſerunt, ſeſe exeruerit, id dubio procul vigori motuum naturae intrinſeco et recenti bono pabulo erit adſcribendum, quippe quibus ſtaſes in quibusdam iterum diſcuſſae et ablatae fuerunt; in illis autem, quibus hoc non contigit, natura ſuccumbere, morbique vehementiae cedere fuit coacta.

Remotionem huus mali in pecoribus adhuc viventibus quod attinet, illa in iis, quorum pulmones iam abſceſſibus et ſcirrhis ſunt obſeſſi, vel etiam ubi pectoris hydrops maiori in gradu iam praeſto eſt, vel hepatis ſcirrhi et exulcerationes adſunt, id quod ex reſpiratione difficili et anhelitu continuo pateſcit, irrita plane eſſe videtur; interea tamen remediis purgantibus et reſoluentibus erit tentanda, e. g. Rec. Reſinae Jalappae drachmam vnam, ſpiritus frumenti cochlearia duo. Miſta pecori mane, ieiuno adhuc ſtomacho, exhibeantur, porrigendo dein aquam calidam, cui aliquot farinae manipuli immixti ſunt, ſuperpotandam: hocque remedium elapſo quinque vel ſex dierum ſpatio repeti poterit. Deinde quoque quarta pars menſurae mane et veſperi de decocto ſequentium ſpecierum, ſuperigerendo aquam calidam cum furfuribus et farina mixtam, exhiberi poterit: Rec. Radicis angelicae uncias duas, taraxaci vnciam vnam ſemis, herbae marrubii albi manip. IV. tuſſilaginis, florum bellidis, centaurii minoris ana manip. ii. Conciſa coquantur per horae ſpatium cum cereuiſiae menſuris duabus in vaſe



clau-

# MAJVS habet dies XXXI.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☽ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S | Ortus ☉ h. m. | Occa. ☉ h. m. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 b Phil. & Iac. | 1♏23 | 10♉56 | 11 56.47 | 4 50 | 7 11 |
| 2 c Athanaſii. Ep. | 13♏29 | 11 54 | - 56.40 | - 48 | - 12 |
| 3 d Inuent. St. †. | 25♏26 | 12 52 | - 56.33 | - 47 | - 13 |
| 4 e Monicae Vid. | 7♐19 | 13 50 | - 56.27 | - 45 | - 15 |
| 5 f Gotthardi Ep. | 19♐ 7 | 14 48 | - 56.21 | - 44 | - 16 |
| *Vado ad eum, qui miſit me.* Joh. 16. | | | | | |
| 6 G4 Ioan. ant. Po. | 0♑55 | 15 46 | - 56.16 | - 42 | - 18 |
| 7 a Stanislai E. | 12♑45 | 16 44 | - 56.12 | - 41 | - 19 |
| 8 b Adparit. S. M | 24♑43 | 17 42 | - 56. 8 | - 39 | - 21 |
| 9 c Gregorii. | 6♒52 | 18 40 | - 56. 5 | - 38 | - 22 |
| 10 d Gordiani M. | 19♒18 | 19 48 | - 56. 2 | - 37 | - 23 |
| 11 e Mamerti Ep. | 12♓16 | 20 36 | - 56. 0 | - 34 | - 26 |
| 12 f Pancratii M. | 15♓18 | 21 34 | - 55.59 | - 34 | - 26 |
| *Amen amen dico vobis, quidquid petieritis.* Joh. 16. | | | | | |
| 13 G5 Seruatii *Rog.* | 29♈ 0 | 22 32 | - 56.58 | - 33 | - 27 |
| 14 a Bonifacii *Rog.* | 13♈ 9 | 23 29 | - 56.58 | - 31 | - 28 |
| 15 b Iſidori M. *Rog.* | 27♈46 | 24 27 | - 56.58 | - 30 | - 30 |
| 16 c Ioan. N *Rog.* | 12♉32 | 25 25 | - 56.59 | - 29 | - 31 |
| 17 d *Aſcenſ. Dom.* | 27♉52 | 26 23 | - 56. 1 | - 28 | - 32 |
| 18 e Venant. M. | 13♊ 2 | 27 20 | - 56. 3 | - 27 | - 33 |
| 19 f Petri coel. | 28♊ 6 | 28 18 | - 56. 6 | - 26 | - 35 |
| *Cum venerit Paraclytus.* Joh. 14. | | | | | |
| 20 G Bernardi Sen. | 12♋54 | 29 16 | - 56. 9 | - 24 | - 36 |
| 21 a Timoth. | 27♋21 | 0♊14 | - 56.13 | - 23 | - 37 |
| 22 b Romani. | 11♌23 | 1 11 | - 56.17 | - 22 | - 38 |
| 23 c Deſiderii | 25♌ 2 | 2 9 | - 56.22 | - 21 | - 40 |
| 24 d Ioan. Vid. | 8♍17 | 3 6 | - 56.27 | - 20 | - 40 |
| 25 e Vrbani Pap. | 21♍13 | 4 4 | - 56.33 | - 19 | - 41 |
| 26 f Philipp. Ner. | 3♎51 | 5 2 | - 56.39 | - 18 | - 42 |
| *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Ioh. 14. | | | | | |
| 27 G *Pentec.* Bedae | 16♎14 | 5 59 | - 56.46 | - 17 | - 43 |
| 28 a Wilhelmi | 28♎36 | 6 57 | - 56.53 | - 16 | - 44 |
| 29 b Reſtituti M. | 10♏29 | 7 54 | - 57. 1 | - 15 | - 45 |
| 30 c *Q. T.* Felic. | 22♏25 | 8 51 | - 57. 9 | - 15 | - 46 |
| 31 d Petronillæ V. | 4♐16 | 9 49 | - 57.17 | - 14 | - 46 |

## Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 4 | 36 | Merid |
| 7 | 0 | 38 | Sept. |
| 13 | 5 | 8 | |
| 19 | 0 | 59 | |
| 25 | 5 | 4 | Merid. |

| D. | Ortus ☾ h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 6 53 p.m. | 3 53 a.m. |
| 7 | mane | 7 57 a.m. |
| 13 | 2 1 a.m. | 2 58 p.m. |
| 19 | 5 49 a.m. | 10 28 p.m. |
| 25 | 1 20 p.m. | 1 1 a.m. |

## Phaſes lunae.

| | |
|---|---|
| 2 | Plenil. 8 h. 27′ a.m. |
| 10 | Vlt. q. 0 - 39 p.m. |
| 17 | Nouil. 9 - 37 a.m. |
| 24 | Prim. q. 9 - 47 a.m. |

## PHAENOMENA et obſeruationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 4 | ☾ in apog ... ♃ hoc menſe diſpar. |
| 6 | ☉ in ☊ ☿. |
| 8 | ☉ in ☊ ♂. |
| 10 | ♂ in perihel. |
| 12 | ♀ in aphel. |
| 18 | ☾ in perig. |
| 20 | ☾ ♂ |
| 21 | ☉ in ♊ 6 h. 19 m. mane |
| 25 | ☌ ♃ ☉ 8 h. mane |
| 31 | ☌ ♂ 84 ♊ meridie diſt. 52′. |

| Loca Planetarum. Dies | ♄ G. | ♒ | M. | ♃ G. | ♉ | M. | ♂ G. | ♓ | M. | ♀ G. | ♓ | M. | ☿ G. | ♈ | M. | ♅ G. | ♋ | M |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 27 | | 43 | 28 | | 20 | 27 | | 4 | 29 | | 14 | 19 | | 0 | 21 | | 55 |
| 13 | 28 | | 20 | 1 | ♊ | 7 | 6 | ♈ | 16 | 13 | ♈ | 2 | 26 | | 47 | 22 | | 18 |
| 25 | 28 | | 44 | 3 | | 54 | 15 | | 21 | 27 | | 2 | 12 | | 11 | 22 | | 49 |

clauſo; colaturae adde mellis Pruſſici, vel alius depurati, librae quadrantem

*Praeſeruationis cauſſa*, et vbi nondum plenaria ſuppuratio adeſt, vena in ceruice ſecabitur, iſtoque die; quo id factum, ac duobus ſequentibus diebus, vitrum mediocre, octauam menſurae circiter partem capiens, ſequenti potione, probe antea agitata, repletum, mane et veſperi adhibebitur: Rec. Aceti cereuiſiae acris menſuram vnam, aceti vini acris menſuram dimidiam, lapidum cancrorum praeparator. vnciam vnam cum dimidia, nitri depurati vnciam dimidiam, mellis Pruſſici vncias tres. M. Porro veſperi vel etiam mane pulueris ſequentis cochlear unum porrigatur: Rec. Radicis enulae, leuiſtici, angelicae, pimpinellae albae ana vnciam vnam, Herb. marrub. albi, tuſſilaginis ana manip. IV. cardui benedicti, ſalviae, centaurii minoris, florum bellidis ana manipulum vnum, ſeminis foenugraeci vncias duas, foeniculi, nitri depurati ana vnciam vnam, ſulphuris caballini vnciam dimidiam. Conciſa contuſa M. F. Puluis.

Si ſigna quaedam ſcirrhi et exulcerationis pulmonum ſeſe forte exſererent, tunc puluis hic ſemper veſperi, et mixtura ſuperius deſcripta matutinis horis adhiberi poterunt. Neque incongruum erit purgationem pecoris cum radicis Jalappae drachmis duabus, in cereuiſia calida, cum pauculo butyri inſulſi permixta adhibitis, inſtituere, pabulumque comminutum aquae fluuiali calidae immittere et cum ea commiſcere. Quamuis etiam hicce morbus, vti ſuperius iam indicatum eſt, in ſe et ſua natura non ſit contagioſus, nonnulli tamen veterum aeque ac recentiorum celeberrimorum Practicorum obſeruarunt, quod phthiſis pulmonalis in hominibus occurrens morbis malignis ſit adnumeranda, quodque iſta, licet non in diſtantia quadam vim contagioſam exſerat, tamen iis: qui nimis arctum cum aegroto habuerunt commercium, et effluuia eius calida immediate in ſe receperunt, fuerit communicata. Hinc igitur, cum etiam noſter morbus, vti ſuperius demonſtratum fuit, vere epidemicus ſit, a tempeſtate variabili et frigida potiſſimum inductus; porro quoque omnes morbi catarrhales a ſero acri abundante proueniant, hique morbi ſeroſi longe facilius, quam mere ſanguinei, contagium excitare valeant: illi certe, meo quidem iudicio, prudentiſſime agerent, qui pecora aegrotantia confeſtim a ſanis ſeparando, maiori cum cura et diligentia iisdem proſpicerent. Nemo vero ratione ſana praditus haec inique interpretabitur, et veram adeſſe pecundum luem contagioſam, quam noſmet ipſi adſeveraſſemus, ex iis concludet: ea enim eſt natura et indoles contagii, vt pecori ſano ſtatim communicetur, et ab ipſo aëre externo, in quo brutum aegrotum degit, nec minus quoque ab aliis, circa idem illud verſantibus, recipi, et in diſſita loca propagari queat, ſicque non ſolum cominus, ſed etiam eminus noxam adferat. Haecce vero nos neutiquam heic loci obſeruauimus, nec talia ſigna, quae alias in vera pecorum contagioſa lue adeſſe ſolent, videlicet puſtulae, maculae nigricantes, internarum partium ſphacelus, etc. ſub inſpectione demortuorum pecorum oculis noſtris obuenerunt.

# JVNIVS habet dies XXX.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☾ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ortus ☉ h. m. | Occaſ ☉ h. m. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 e Nicod. *Q. T.* | 16 ♐ 5 | 10 ♊ 46 | 11 57.26 | 4 13 | 7 47 |
| 2 f Eraſmi E. *Q. T.* | 27 ♐ 53 | 11 44 | - 57.35 | - 12 | - 48 |
| *Data eſt mihi omnis poteſtas.* Math. 28. | | | | | |
| 3 G 1 *SS. Trin. Vig.* | 9 ♑ 43 | 12 41 | - 57.45 | - 12 | - 48 |
| 4 a Optati Ep. | 21 ♑ 39 | 13 39 | - 57.54 | - 11 | - 49 |
| 5 b Boniſ. E. | 3 ♒ 21 | 14 36 | - 58. 5 | - 10 | - 50 |
| 6 c Norberti. | 15 ♒ 55 | 15 33 | - 58.15 | - 10 | - 50 |
| 7 d *Corp. Chriſt.* | 28 ♒ 23 | 16 31 | - 58.26 | - 9 | - 51 |
| 8 e Medard. | 11 ♓ 11 | 17 28 | - 58.38 | - 9 | - 51 |
| 9 f Primi. | 24 ♓ 21 | 18 25 | - 58.49 | - 8 | - 52 |
| *Homo quidam fecit Caenam magnam.* Luc. 14. | | | | | |
| 10 G 2 Margar. V. | 7 ♈ 55 | 19 23 | - 59. 1 | - 8 | - 52 |
| 11 a Barnabae | 21 ♈ 55 | 20 20 | - 59.13 | - 7 | - 53 |
| 12 b Baſilidis M. | 6 ♉ 22 | 21 17 | - 59.25 | - 7 | - 53 |
| 13 c Ant. de Pad. | 21 ♉ 10 | 22 15 | - 59.38 | - 7 | - 53 |
| 14 d Baſilii Mag. | 6 ♊ 14 | 23 12 | - 59.50 | - 6 | - 54 |
| 15 e Feſt. Cord. Ieſ. | 21 ♊ 25 | 24 9 | 12. 0. 3 | - 6 | - 54 |
| 16 f Bennonis | 6 ♋ 34 | 25 7 | - 0.16 | - 6 | - 54 |
| *Erant appropinquantes ad Jeſum.* Luc. 15. | | | | | |
| 17 G 3 Adolphi Ep. | 21 ♋ 32 | 26 4 | - 0.29 | - 6 | - 54 |
| 18 a Marciet Soc. | 6 ♌ 10 | 27 1 | - 0.42 | - 6 | - 54 |
| 19 b Gervaſ. Prot. | 20 ♌ 24 | 27 58 | - 0.55 | - 5 | - 55 |
| 20 c Sylverii P. | 4 ♍ 11 | 28 56 | - 1. 8 | - 5 | - 55 |
| 21 d Albani Aloyſi | 17 ♍ 33 | 29 53 | - 1.21 | - 5 | - 55 |
| 22 e Achatii | 0 ♎ 30 | 0 ♋ 50 | - 1.34 | - 5 | - 55 |
| 23 f *Iej.* Ediltrudis | 13 ♎ 7 | 1 47 | - 1.47 | - 6 | - 54 |
| *Cum turbae irruerent in Ieſum.* Luc. 15. | | | | | |
| 24 G 4 *Natiu. S. Jo.* | 25 ♎ 26 | 2 45 | - 2. 0 | - 6 | - 54 |
| 25 a Guilielmi. | 7 ♏ 32 | 3 42 | - 2.12 | - 6 | - 54 |
| 26 b Ioann et Pauli | 19 ♏ 29 | 4 39 | - 2.25 | - 6 | - 54 |
| 27 c Ladislai R. | 1 ♐ 20 | 5 36 | - 2.37 | - 6 | - 54 |
| 28 d *Iei.* Leon. | 13 ♐ 8 | 6 33 | - 2.49 | - 7 | - 53 |
| 29 e *Petri et Pauli.* | 24 ♐ 57 | 7 30 | - 3. 1 | - 7 | - 53 |
| 30 f Com̃. S. Paul. | 6 ♑ 49 | 8 28 | - 3.13 | - 7 | - 53 |

## Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 1 | 41 | Merid. |
| 7 | 4 | 15 | Sept. |
| 13 | 3 | 39 | |
| 19 | 3 | 47 | Merid. |
| 25 | 4 | 28 | |

| Ortus ☾ D. | h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 8 44 p.m. | 4 4 a.m. |
| 7 | 11 39 p.m. | 10 13 a.m. |
| 13 | 1 45 a.m. | 5 51 p.m. |
| 19 | 8 32 a.m. | 10 34 p.m. |
| 25 | 3 36 p.m. | 0 20 a.m. |

## Phaſes lunae.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | Plenil. | 0 h. 7 a.m. |
| 9 | Vlt.q. | 0 - 27 a.m. |
| 15 | Novil. | 4 - 41 p.m. |
| 22 | Prim.q | 2 - 34 p.m. |
| 30 | Plenil. | 3 - 31 p.m. |

## PHAENOMENA et obſeruationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 1 | ☾ in apog . . . ♃ eſt inviſibilis. |
| 3 | ♀ in maxima latit. meridionali. |
| 5 | ☉ in ☊ ♀. |
| 6 | ☾ ♄. |
| 1 | ☾ ♂. |
| 15 | Eclipſ. ſolis conſpicua . . . ☌ ♂ ☉ 2 h. mane. |
| 15 | ☾ in perig. |
| 17 | ☾ ♂. |
| 21 | ☉ in ♋ 2 h. 58 m. poſt merid. Solſtit. aeſtiuum. |
| 28 | ☾ in apog. |
| 30 | ☉ in ☊ ♃ . . . Eclipſ. Lunae inuiſib. |

| Loca Planetarum Dies | ♄ G. ♒ | M. | ♃ G. ♊ | M. | ♂ G. ♈ | M. | ♀ G. ♉ | M. | ☿ G. ♉ | M. | ♂ G. ♋ | M |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 28 | 51 | 5 | 33 | 20 | 36 | 5 | 16 | 29 | 0 | 23 | 9 |
| 13 | 28 | 52 | 18 | 20 | 29 | 30 | 19 | 27 | 18 ♊ | 21 | 23 | 44 |
| 25 | 28 | 40 | 11 | 3 | 8 ♉ | 15 | 3 ♊ | 43 | 14 ♋ | 8 | 24 | 23 |

## Obſeruatio II.

Reſcripto Directorii prouincialis inclyti ſatisfacturus, ad villam Dammerenſem me contuli, et ante omnia, vt morbum, qui iam per aliquod tempus pecora infeſtavit, nuncque iterum ſe ſe manifeſtare coepit, debite explorarem, deque indole eiusdem, an verae luis contagioſae nomen mereatur, ſententiam meam enunciare poſſem, circumſtantias morbi in hoc ipſo loco probe indagaui, ſequentemque hiſtoriam eius collegi.

Vacca prima d. 9. Febr. 1746. morbo correpta, pabulum abhorruit, anhelauit et aegre ſpiritum duxit, tandem ſeptima hebdomate, poſtquam duobus antea diebus abortiuum excluſerat vitulum, dimittendo excrementa, periit. Hoc ipſo menſe quatuor adhuc interierunt; menſe Martio viginti quatuor; menſe Aprili duodecim, et tandem menſe Maio ſaltem octo. Sub harum demortuorum pecorum numero duae erant buculae et quatuor anniculi iuuenci. Singula fere eorum per dies octo, quatuordecim, imo tres ferme ſeptimanas morbo decubuerunt; fuerunt tamen ſex, quae Februario et Martio menſe per quatuor tantum vel ſex dies poſt morbi inuaſionem vixerunt. Omnes vaccae pabulum faſtidiuerunt, et vti dicitur, remedia exhibita nihil proſus effecerunt. Lac diſparuit, tuſſientesque anhelarunt. Tandem ſaliuam cum ſpumeſcentia eructarunt, et ſub iectigatione perierunt. Ceterum ſub toto morbi decurſu vrinam debite emiſerunt, nullaque alia, praeter haec allata, phaenomena fuerunt obſeruata.

Vaccae vtplurimum grauidae fuerunt, et vel abortum paſſae, vel ſub partu in morbum inciderunt, quem retentio ſecundinarum, quae ad decimum uſque diem remanſerunt, et mors ipſa excepit. Vituli vero omnes perierunt, et ſaltem per quatuordecim circiter dies ſuperſtites manſerunt, quieti ſemper iacuerunt, nullumqne corporis augmentum obtinuerunt. In multis ipſorum idem fuit partium internarum ſtatus, ac in vaccis demortuis.

Ex aegrotantium numero octo vaccae et vna iuueuca morbi vim ſuperarunt, nitrumque et foenugraecum optimum edidiſſe effectum dicuntur. Ceterum vnum bubile omnes vaccas comprehendit, easque ſine quodam ordine morbus inuaſit, vt nempe aegrotae non ſemper fuerint aegrotis contiguae, adeoque neutiquam vero ſimile eſt, quod altera alteri morbum communicaverit. Reliquae huius loci vaccae ſanitate nunc fruuntur integra, pabulum deuoránt, bene ruminant, omnesque in agris libere illud quaerunt.

Praeter numerum ſuperius adductum venator huius loci ſeptem quoque vaccas aluit, illasque hactenus a reliquis, usque ad quartam hancce elapſam ſeptimanam, ſeparatas tenuit, poſtmodum vero aliis commixtas in campos dimiſit. Ex his ſeptem vaccis vua ante decem dies male ſe habere coepit, heſternoque die periit. Dein ante ſeptiduum tres iterum morbus inuaſit, quae vero adhuc ſuperſtites pabulum in agris quaerunt. In vacca demortua morbi ſtatus ſic ſe habuit: ab initio ſtatim pabulum abhorruit, lac amiſit, anhelauit, et aegre ſpiritum duxit, vtplurimum humi iacuit, interdum vero ſubito exſiliens anhelauit et mugiuit, in terram iterum ſe ſe proiecit et iectigauit, tandemque promanante ex

# JVLIVS habet dies XXXI.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☽ G. M. | Curſus. ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ortus ☉ h. m. | Occaſ ☉ h m. |
|---|---|---|---|---|---|
| *Niſi abundaverit iuſtitia veſtra.* Matth. 5. | | | | | |
| 1 G5 Theodori P. | 18♑45 | 9♋25 | 12. 3.25 | 4 8 | 7 52 |
| 2 a Viſit. B. V. M. | 0♒49 | 10 22 | - 3.36 | - 8 | - 52 |
| 3 b Hyacin. M. | 13♒ 2 | 11 19 | - 3.47 | - 9 | - 51 |
| 4 c Vdalrici E. | 25♒27 | 12 16 | - 3.57 | - 9 | - 51 |
| 5 d Eliſabeth R. | 8♓ 5 | 13 14 | - 4. 7 | - 10 | - 50 |
| 6 e Iſaiae Proph. | 20♓54 | 14 12 | - 4.17 | - 10 | - 50 |
| 7 f Wilibaldi E. | 4♈10 | 15 8 | - 4.27 | - 11 | - 49 |
| *Cum turba multa eſſet cum Ieſu.* Marc. 8. | | | | | |
| 8 G6 Chiliani Ep. | 17♈21 | 16 5 | - 4.37 | - 12 | - 48 |
| 9 a Zenonis M. | 1♉33 | 17 2 | - 4.46 | - 12 | - 48 |
| 10 b Sept. Frat. | 15♉46 | 17 59 | - 4.54 | - 13 | - 47 |
| 11 c Pii Pap. M. | 0♊17 | 18 57 | - 5. 2 | - 14 | - 46 |
| 12 d Johan. Gualb. | 15♊ 4 | 19 54 | - 5.10 | - 15 | - 45 |
| 13 e Anacleti P. | 0♋ 0 | 20 51 | - 5.17 | - 15 | - 45 |
| 14 f Bonauent. | 14♋58 | 21 49 | - 5.23 | - 16 | - 44 |
| *Attendite a falſis prophetis.* Matth. 7. | | | | | |
| 15 G7 Henrici Imp. | 0♌ 0 | 22 46 | - 5.30 | - 17 | - 43 |
| 16 a B. V. Carm. | 14♌29 | 23 43 | - 5.36 | - 18 | - 42 |
| 17 b Alexii Conf. | 28♌47 | 24 40 | - 5.41 | - 19 | - 41 |
| 18 c Friderici E. | 12♍40 | 25 38 | - 5.46 | - 20 | - 40 |
| 19 d Arſenii P. | 26♍ 8 | 26 35 | - 5.50 | - 21 | - 39 |
| 20 e Margar. V. | 9♎ 9 | 27 32 | - 5.54 | - 22 | - 38 |
| 21 f9 Praxedis V. | 21♎28 | 28 30 | - 5.56 | - 23 | - 37 |
| *Homo quidam erat diues, qui habebat vilicum.* Luc. 16. | | | | | |
| 22 G8 M. Magdal. | 4♏ 7 | 29 27 | - 5.59 | - 24 | - 36 |
| 23 a Apollinaris | 16♏36 | 0♌24 | - 6. 1 | - 25 | - 35 |
| 24 b Chriſtinae V. | 28♏ 6 | 1 22 | - 6. 2 | - 27 | - 33 |
| 25 c Jacobi Ap. | 9♐55 | 2 19 | - 6. 3 | - 28 | - 32 |
| 26 d Annae M. B. V. | 21♐43 | 3 16 | - 6. 3 | - 29 | - 31 |
| 27 e Pantaleonis. | 3♑35 | 4 14 | - 6. 2 | - 30 | - 30 |
| 28 f Nazarii M. | 15♑32 | 5 11 | - 6. 1 | - 31 | - 29 |
| *Videns Ieſus ciutatem fleuit ſuper illam.* Luc. 19. | | | | | |
| 29 G9 Marthae V. | 27♑38 | 6 8 | - 5.59 | - 33 | - 27 |
| 30 a Abd. et Sen. | 9♒45 | 7 6 | - 5.56 | - 34 | - 26 |
| 31 b Ignatii Loi. | 22♒24 | 8 3 | - 5.53 | - 35 | - 25 |

## Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 1 | 17 | Sept. |
| 7 | 5 | 17 | |
| 13 | 0 | 27 | |
| 19 | 5 | 12 | Merid. |
| 25 | 2 | 12 | |

| Ortus ☾ D. | h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 8 31 p. m. | 4 38 a. m. |
| 7 | 10 40 p. m. | 11 29 a. m. |
| 13 | 1 58 a. m. | 6 41 p. m. |
| 19 | 9 32 a. m. | 9 34 p. m. |
| 25 | 4 24 p. m. | maue |

### Phaſes lunae.

| | |
|---|---|
| 8 | Vlt. q. 9 h. — a. m. |
| 14 | Novil. 11 - 49 p. m. |
| 22 | Prim. q. 1 - 57 a. m. |
| 30 | Plenil. 6 - — a. m. |

## PHAENOMENA & obſeruationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 3 | ☌ ♀ ♃ 1 h. mane. |
| 4 | ☾ ♄ |
| 5 | ♀ in diſt. media a ☉ |
| 11 | ☾ Pliad. |
| 12 | ☾ in perig. |
| 13 | ☉ in ☊ ♄. |
| 15 | ☾ ♂ |
| 17 | Eclipſ. I. Satell. ♃ 2 h. 15′ 53″ mane immerſio. |
| 23 | ☉ in ♌ 1 h. 48 m. mane. |
| 26 | ☾ in apog. |
| 29 | ♀ in ☊. |
| 31 | ☾ ♄ |

| Loca Planetarum. Dies | ♄ G. | ♒ | M. | ♃ G. | ♊ | M. | ♂ G. | ♉ | M. | ♀ G. | ♊ | M. | ☿ G. | ♋ | M. | ♅ G. | ♋ | M |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 28 | | 29 | 12 | | 21 | 12 | | 31 | 10 | | 52 | 25 | | 38 | 24 | | 48 |
| 13 | 28 | | 0 | 15 | | 0 | 21 | | 0 | 25 | | 9 | 15 | ♌ | 5 | 25 | | 29 |
| 25 | 27 | | 14 | 17 | | 23 | 29 | | 16 | 9 | ♋ | 50 | 29 | | 18 | 26 | | 13 |

ore ſaliua ſpumeſcente periit. Haec vacca hodie, me praeſente, a carnifice aperta fuit. Quoad habitum externum ſatis erat carnoſa. Thorax amphoram ſere aquae flaueſcentis continebat. Lobus pulmonum dexter erat flaccidus, et ſub inciſione putridus deprehendebatur. Venae, earumque ramificationes maiores, ſanguine viſcido, fibras referente, repletae videbantur. Totus ſiniſter lobus ſcirrhis et abſceſſibus prorſus repletus turgebat, tantamque grauitatem ſpecificam habebat, vt pars eius auulſa aquae iniecta fundum peteret: coſtis inſuper erat accretus, interque pleurae membranam pus ſpiſſum flaueſcens, mediante quo cum ſuperficie pulmonum cohaerebat, conſpiciebatur. Cordis ventriculi ſanguine nigro coagulato erant infarcti. Hepar et lien colorem naturalem referebant, quemadmodum etiam fauces, ventriculi et inteſtina nihil praeternaturale monſtrabant; eadem quoque in reliquis demortuis vaccis adparuiſſe, oeconomus adfirmabat.

In cauſſam huius morbi dein inquirenti, nullam aliam ſuppeditare poterant oeconomus et reliqui domeſtici, quam quod ante duos annos propter inundationem, ſub qua aqua uſque in ſtabula penetrauerat, pecora Martio menſe, tempeſtate adhuc frigida, ſub dio ſubſiſtere debuerint, inſimul vero etiam bonae notae pabulum tunc temporis defecerit, tandemque anno proxime praeterlapſo pecora praemature nimis intra agrorum paſcua, multo limo arenoſo, ab Albis inundatione relicto, adhuc obtecta, fuerint deducta. De reliquo ſubiungebant, pabulum, quod in praeterito anno ſub tecta erat congeſtum, ſatis quidem ſiccum, neutiquam tamen bonum fuiſſe, quia grando optima culmina decuſſiſſet. Innotuit mihi etiam ex relatione, quod iam in praeterito anno nonnulla huius ditionis pecora anhelatio cum tuſſi adflixerit, haecque omnium primo aegrotare coeperint.

Ex hac adducta morbi hiſtoria ſine dubio adparet, quod morbus iſte pro *phthiſi pulmonali ſucceſſiue exorta* poſſit haberi, quam tandem, ob circulum ſanguinis per ſcirrhos et abſceſſus in pulmonibus magis magisque retardatum, febris inflammatoria modo mitior, modo grauior, excepit, vt ita ſuffocatio morsque ipſa inducta fuerit. Ad huncce morbum cauſſae allatae ſymbolum ſuum omnino conferre potuerunt, fundamentumque eiusdem iam in praeterito anno, imo in duobus his praeterlapſis poni omnino potuit. Accedit adhuc, quod ſubitaneae tempeſtatis calidae et frigidae mutationes in praeteritis menſibus contingentes, attentionem mereantur, id quod in obſeruatione praecedenti, occaſione morbi lethiferi, anno praeterito pecudes auferentis, conſcripta, vberius demonſtraui.

Indagata nunc indole et cauſſa quoad ortum et exitum huius morbi, facile adparebit, illum nondum pro contagioſa lue poſſe haberi; bene tamen interim ageretur, ſi pecora aegrotantia melioris curationis cauſſa domi retinerentur, et conuenientibus medicamentis iisdem proſpiceretur.

Interim praeſeruandi fine ſequens medicamentum purgans commendaui: Rec. Reſinae jalappae drachmam vnam, ſoluatur in ſpiritus frumenti cochlearibus quatuor, addantur mellis cochlearia duo; mixta porrigantur mane aegrotanti pecori, ſuperingerendo aquam calidam cum aliquot furfurum triticeorum manipulis decoctam. Hoc remedium ſub morbi quoque inuaſione, quam primum quaedam

ſe

# AVGUSTVS habet dies XXXI.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☾ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ortus ☉ h. m. | Occaſ ☉ h. m |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 c Petri ad Vin. | 5 ♓ 5 | 9 ♌ 1 | 12. 5.50 | 4 37 | 7 24 |
| 2 d Steph. M. | 18 ♓ 0 | 9 58 | - 5.45 | - 38 | - 22 |
| 3 e Inu. S. Steph. | 1 ♈ 9 | 10 55 | - 5.41 | - 39 | - 21 |
| 4 f Dominici | 14 ♈ 31 | 11 53 | - 5.35 | - 41 | - 19 |
| *Duo homines aſcenderunt in templum.* Luc. 18. | | | | | |
| 5 G 10 Mar. ad Niu. Portiunc | | 12 50 | - 5.30 | - 42 | - 18 |
| 6 a Transf. Chr. | 11 ♉ 56 | 13 48 | - 5.23 | - 44 | - 16 |
| 7 b Cajet. & Afr. | 26 ♉ 0 | 14 45 | - 5.16 | - 45 | - 15 |
| 8 c Cyriaci M. | 10 ♊ 14 | 15 43 | - 5. 8 | - 46 | - 14 |
| 9 d Romani M. | 24 ♊ 39 | 16 41 | - 5. 0 | - 48 | - 12 |
| 10 e Laurentii M. | 9 ♋ 12 | 17 38 | - 4.51 | - 49 | - 11 |
| 11 f Suſannae | 23 ♋ 49 | 18 34 | - 4.42 | - 51 | - 9 |
| *Exiens Jeſus de finibus Tyri.* Marc. 7. | | | | | |
| 12 G 11 Clarae V. | 8 ♌ 23 | 19 34 | - 4.32 | - 52 | - 8 |
| 13 a Caſſiani | 22 ♌ 48 | 20 31 | - 4.22 | - 54 | - 6 |
| 14 b Euſeb. *Ieiun.* | 6 ♍ 57 | 21 29 | - 4.11 | - 55 | - 5 |
| 15 c *Aſſumt. BVM.* | 20 ♍ 47 | 22 27 | - 4. 0 | - 57 | - 3 |
| 16 d Rochi Confeſ | 4 ♎ 12 | 23 25 | - 3.48 | - 58 | - 2 |
| 17 e Carolomani | 17 ♎ 16 | 24 23 | - 3.35 | 5 0 | 6 0 |
| 18 f Agapiti M. | 0 ♏ 0 | 25 20 | - 3.22 | - 2 | - 58 |
| *Beati oculi, qui vident, quae vos videtis.* Luc. 10. | | | | | |
| 19 G 12 Magni M. | 12 ♏ 16 | 26 18 | - 3. 8 | - 3 | - 57 |
| 20 a Ioachimi. | 24 ♏ 20 | 27 16 | - 2.54 | - 5 | - 55 |
| 21 b Burchardi E. | 6 ♐ 25 | 28 13 | - 2.40 | - 6 | - 54 |
| 22 c Symphor. | 18 ♐ 3 | 29 11 | - 2.25 | - 8 | - 52 |
| 23 d Zachariae | 0 ♑ 1 | 0 ♍ 9 | - 2. 9 | - 10 | - 50 |
| 24 e Bartholom. A. | 11 ♑ 46 | 1 7 | - 1.53 | - 11 | - 49 |
| 25 f Ludouici | 23 ♑ 49 | 2 5 | - 1.37 | - 13 | - 47 |
| *Occuerunt ei 10 viri leproſi.* Luc. 17. | | | | | |
| 26 G 13 Zephir. P. | 6 ♒ 5 | 3 3 | - 1.20 | - 15 | - 46 |
| 27 a Gebhardi | 18 ♒ 36 | 4 1 | - 1. 3 | - 16 | - 44 |
| 28 b Auguſt. Ep. | 1 ♓ 22 | 4 59 | - 0.45 | - 18 | - 42 |
| 29 c Decoll. S. Ioan. | 14 ♓ 25 | 5 57 | - 0.28 | - 19 | - 41 |
| 30 d Felic. & Adau. | 27 ♓ 42 | 6 55 | - 0. 9 | - 21 | - 39 |
| 31 e Raymund. No. | 11 ♈ 14 | 7 53 | - 11.51 | - 22 | - 38 |

## Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 4 | 32 | Sept. |
| 7 | 3 | 13 | |
| 13 | 3 | 52 | Merid. |
| 19 | 4 | 0 | |
| 25 | 1 | 47 | Sept. |

| D. | Ortus ☾ h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 8 6 p.m. | 6 56 a.m. |
| 7 | 10 50 p.m. | 2 21 p.m. |
| 13 | 4 53 a.m. | 6 55 p.m |
| 19 | 0 15 a.m. | 9 17 p.m. |
| 25 | 5 4 p.m. | 1 21 a. m. |

### Phaſes Lunae.

| | | |
|---|---|---|
| 6 | Vlt. q. | 3 h. 29 p.m. |
| 13 | Novil. | 7 - 56 a.m. |
| 20 | Prim q. | 6 - 14 p.m. |
| 28 | Plenil. | 7 - 14 p.m. |

## PHAENOMENA & obſeruationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 2 | Eclipſ. I. Satell. ♃ 0 h. 32 m. 30 ſec. mane immerſ. |
| 7 | ☾ Pleiad. |
| 8 | ☉ in parallel. et Aldebaran. culm. 7 h. 11′ mane, . . ☌ ♀ ♂ 2 h. veſp. |
| 9 | ☾ in perig. |
| 9 | Eclipſ. I. Satell. ♃ 2 h. 57 m. 8 ſec. mane immerſ. |
| 11 | ☾ ♂ . . ☾ ♀. |
| 18 | ☍ ♄ ☉ 9 h. mane |
| 19 | ☉ in parallel. Ophiuch. culm. 7 h. 29 min. veſp |
| 21 | ☌ ☿ ☉ inferior. 3 h. veſp. |
| 22 | ☾ in apog. |
| 23 | ☉ in ♍ 8 h. 0 m. mane |
| 30 | ♀ in perihel. |

| Loca Planetarum Dies | ♄ G | ♒ M. | ♃ G. | ♊ M. | ♀ G. | ♊ M | ☿ G. | ♋ M | ♂ G. | ♍ M. | ⛢ G. | ♋ M |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 26 | 47 | 18 | 40 | 3 | 56 | 18 | 19 | 4 | 23 | 26 | 41 |
| 13 | 25 | 54 | 20 | 48 | 11 | 49 | 3 ♌ | 0 | 4 | 39 | 27 | 21 |
| 25 | 25 | 0 | 22 | 39 | 19 | 20 | 17 | 41 | 25 ♌ | 18 | 28 | 1 |

ſe ſe manifeſtant ſymptomata, optimo cum ſucceſſu adhiberi et ſub conualeſcentia iterari poterit. Cum etiam non nemo certiorem me fecerit, egoque ipſe poſtmodum obſeruauerim, quod vitriolum album non ſine fructu in hoc morbi genere adhibitum fuerit, non abs re foret, ſi grana decem ad uſque quindecim eiusdem ſupra allegatae reſinae ialappae adderentur. Poterit quoque drachma vitrioli albi in aqua calida ſolui, additisque ſex mellis cochlearibus ſolitarie exhiberi.

Vegetioribus et viuidioribus vaccis praeſeruationis gratia venam in collo ſecandam curaui, iſtoque, quo id factum erat, die, ac ſubſequentibus, vitrum mediocre, ex quo cereuiſia hauriri ſolet, quodque octauam menſurae partem recipit, ſequenti potione, probe antea agitata, repletum, infundere iuſſi: Rec. Aceti cereuiſiae acris menſuram vnam, aceti vini acris menſuram dimidiam, lapidum cancrorum praeparatorum vncias duas, nitri depurati vnciam dimidiam, mellis Pruſſici vel alius purificati vncias tres, et miſceantur. Poſtmodum ad praeſeruationem ſolummodo veſperi vel etiam mane et veſperi cochlear vnicum huius pulueris ingeri poterit: Rec. Radicis enulae, leuiſtici, angelicae, pimpinellae albae, ana vnciam vnam, herbar. marrubii albi, tuſſilaginis ana manip. IV. cardui benedicti, hyſſopi, ſaluiae, centaurii minoris, florum bellidis ana manipulum vnum, ſeminis foenugraeci vncias duas, foeniculi, nitri depurati, ana vnciam vnam, ſulphuris caballini drachmas duas. Conciſa et contuſa M. F. puluis.

*Curationem* ipſam quod attinet, praeter ſuperius dicta purgantia, ſequentia praeſcripſi remedia: Rec. Radicis angelicae vncias duas, taraxaci vnciam vnam cum dimidia, herbar. marrubii albi, tuſſilaginis, florum bellidis, centaurii minoris, ana manip. ij. Mixta conciſa et contuſa infundantur menſuris quinque cereuiſiae, decoquantur leni igne in vaſe clauſo per horae ſpatium; colaturae addatur mellis depurati librae quadrans; detur mane et veſperi calide quarta pars menſurae, ſuperingerendo aquam calidam cum furfuribus et manipulo vno radicis graminis decoctam: veſperi etiam et ante meridiem mixtura ſupra allegata infundi, et potio modo deſcripta mane ſolummodo exhiberi poſſet; id quod praecipue in tali caſu faciendum eſſe exiſtimo, vbi aeſtus et ſitis adſunt, vel pecora vehementer ſe ſe iectigant; immo, ſi morbus ab initio ſtatim cum horrore inuaderet, huncque aeſtus, anhelitus et iectigatio exciperent, ſola mixtura ſaltem mane, pomeridie et veſperi in vſum trahi, venaque ſimul ſecari poſſet.

## *Obſeruatio III.*

Iuſſu Regio in pagum Mansfeldt, circa confinia Ducatus Megapolitani, d. VI, Decembr. 1746. me contuli, ibique in luem pecudum graſſantem inquirens ſequentia obſeruaui: Taurus 4 annorum praecedenti nocte mortuus aperiebatur; cuius quidem cornua, prope caput mediante ſerra reſecta, interiorem ſubſtantiam ſpongioſam ac medullam ſanam bonoque tinctam rubore monſtrabant. Remoto cranio cerebrum et reliqua capitis nihil alieni oſtendebant, lingua quoque ſana erat. Detracta pelle caro apparebat fuſco nigro colore perfuſa, maxime circa lumbos. aſpera arteria tantum intus, pulmones vero vniuerſi inflammati, inſigniter inflati,

 paſ-

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☽ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ortus ☉ h. m. | Occaſ ☉ h. m. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 f Aegydii Abb. | 24 ♈ 55 | 8 ♍ 51 | 11.59.32 | 5 24 | 6 36 |
| *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Math. 6. | | | | | |
| 2 G 14 *Ss. Ang. Cuſt* | 8 ♉ 46 | 9 49 | - 59.13 | - 26 | - 34 |
| 3 a Seraphiae V. | 22 ♉ 43 | 10 47 | - 58.53 | - 28 | - 32 |
| 4 b Erentrud. V. | 6 ♊ 45 | 11 46 | - 58.34 | - 29 | - 31 |
| 5 c Victorini. | 20 ♊ 51 | 12 44 | - 58.14 | - 31 | - 29 |
| 6 d Zachariae | 5 ♋ 1 | 13 42 | - 57.54 | - 33 | - 27 |
| 7 e Reginae V. | 19 ♋ 12 | 14 41 | - 57.34 | - 34 | - 26 |
| 8 f *Nat. B. V. M.* | 3 ♌ 24 | 15 39 | - 57.14 | - 36 | - 24 |
| *Ibat Jeſus in ciuitatem, quae vocatur Naim.* Luc. 7. | | | | | |
| 9 G 15 Feſt. N. B. V | 17 ♌ 32 | 16 37 | - 56.54 | - 38 | - 22 |
| 10 a Nicolai Tol. | 1 ♍ 34 | 17 36 | - 56.33 | - 40 | - 21 |
| 11 b Prot. et Hyac. | 15 ♍ 24 | 18 34 | - 56.13 | - 41 | - 19 |
| 12 c Guid. | 28 ♍ 59 | 19 33 | - 55.52 | - 43 | - 17 |
| 13 d Materni Ep. | 12 ♎ 15 | 20 31 | - 55.31 | - 44 | - 16 |
| 14 e Exalt. S. †. | 25 ♎ 11 | 21 30 | - 55.10 | - 46 | - 14 |
| 15 f Nicomedi. | 7 ♏ 48 | 22 28 | - 54.49 | - 48 | - 12 |
| *Cum intraſſet Jeſus in domum cuiusdam princip.* Luc. 14. | | | | | |
| 16 G 16 Cornelii C. | 20 ♏ 7 | 23 27 | - 54.29 | - 49 | - 10 |
| 17 a Stig. S. Fr. | 2 ♐ 11 | 24 26 | - 54. 8 | - 51 | - 9 |
| 18 b Thom. Vil. | 14 ♐ 4 | 25 24 | - 53.47 | - 53 | - 7 |
| 19 c Ianuarii. *Q. T.* | 25 ♐ 52 | 26 23 | - 53.26 | - 55 | - 5 |
| 20 d Euſtach. | 7 ♑ 44 | 27 22 | - 53. 5 | - 56 | - 4 |
| 21 e Matth A *Q. T.* | 19 ♑ 36 | 28 20 | - 52.44 | - 58 | - 2 |
| 22 f Mauritii *Q. T.* | 1 ♒ 42 | 29 19 | - 52.23 | 6 0 | 6 0 |
| *Acceſſerunt ad Ieſum Phariſaei* Math. 21. | | | | | |
| 23 G 17 Lini Pap. | 14 ♒ 3 | 0 ♎ 18 | - 52. 2 | - 2 | 5 56 |
| 24 a *Ruperti Ep.* | 26 ♒ 43 | 1 17 | - 51.42 | - 3 | - 55 |
| 25 b Ded. Ec. Salz. | 9 ♓ 44 | 2 16 | - 51.22 | - 5 | - 53 |
| 26 c Transl. S. Virg. | 23 ♓ 6 | 3 15 | - 51. 1 | - 7 | - 51 |
| 27 d Coſm. et Dam. | 6 ♈ 48 | 4 13 | - 50.41 | - 8 | - 50 |
| 28 e Wenceslai R. | 20 ♈ 44 | 5 12 | - 50.22 | - 10 | - 58 |
| 29 f Michael. Arch. | 4 ♉ 52 | 6 11 | - 50. 2 | - 12 | - 46 |
| *Aſcendens Ieſus in nauiculam* Math. 9. | | | | | |
| 30 G 18 Hieronymi | 19 ♉ 6 | 7 10 | - 49.43 | - 14 | - 48 |

**Latitudo ☾**

| Dies | gr. | m. |
|---|---|---|
| 1 | 4 | 40 Sept. |
| 7 | 1 | 29 Merid. |
| 13 | 4 | 56 |
| 19 | 0 | 26 |
| 25 | 4 | 41 Sept. |

| D. | Ortus ☾ h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 7 45 p.m. | 9 43 a.m. |
| 7 | mane | 4 1 p.m. |
| 13 | 7 4 a.m. | 9 37 p.m. |
| 19 | 1 57 p.m. | 10 21 p.m. |
| 25 | 4 51 p.m. | 3 48 a.m. |

Phaſes Lunae.

| | |
|---|---|
| 4 | Vlt. q. 9 h. 12 p.m. |
| 11 | Novil. 5 - 58 p. m. |
| 19 | Prim. q. 1 - — p.m. |
| 27 | Plenil. 7 - 14 a.m. |

## PHAENOMENA & obſeruationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 1 | Eclipſ. I Satell. ♃ 2 h. 42 m. m. 22 ſec. mane immerſ. |
| 1 | ☌ ♂ ♃. in merid. diſt. 20′ ♂ boreal. |
| 3 | ☾ Pleiad. |
| 5 | ☾ in perig. |
| 7 | ☌ ☿ Regulus 5 h. veſp. |
| 8 | ☾ ♂. |
| 10 | ☾ ♀. ... ☾ ☿. |
| 13 | ♂ in ♌. |
| 17 | Eclipſ. I Satell. ♃ 1 h. 3 m. 17 ſec. mane. |
| 19 | ☾ in apog. |
| 23 | ☉ in ♎ 4 h. 42 m. man. Initium Autumni Aequinoct. autumnale. |
| 24 | ☾ ♄. |

| Loca planetarum. Dies | ♄ G. ♒ M. | | ♃ G. ♊ M. | | ♂ G. ♊ M. | | ♀ G. ♌ M. | | ☿ G. ♌ M. | | ☊ G. M |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 24 | 30 | 23 | 38 | 33 | 38 | 26 | 20 | 23 | 7 | 28 24 |
| 13 | 23 | 41 | 25 | 0 | 0 ♋ | 38 | 11 ♍ | 13 | 4 ♍ | 32 | 8 56 |
| 25 | 23 | 0 | 25 | 58 | 7 | 7 | 26 | 10 | 25 | 43 | 29 24 |

paſſimque obſeſſi erant minoribus ſcirrhis ac hydatidibus, flauum ſerum fundenti-
bus. Cor flaccidum continebat fluidum floridumque ſanguinem, eratque ſimul
cum mediaſtino paſſim inflammatum. Lien exiguus atque ſubdurus erat. Vni-
uerſum hepar induratum conſpiciebatur; veſiculam felleam replebat liquor aquo
ſus flaueſcens, cui innatabant particulae pingues oleoſae. Primus ventriculus mul-
to pabulo, eoque valde ſicco, refertus et exterius aliquantum inflammatus erat;
alter ventriculus vacuus quidem, exterius tamen aliquantum rubebat; tertius re-
pletus fuit ſicco pabulo, extenſus, leuiterque inflammatus; in quarto ventriculo
inueniebatur pituita flaueſcens, non tamen foetida. Totus inteſtinorum tractus
paſſim leuem oſtendebat inflammationem, et flatibus diſtentus erat. Renes cum
reliquis partibus ab omni labe immunes erant.

Porro etiam viua et per vnum modo diem morbida interficiebatur vacca,
quae moeſta ſtabat atque tranquilla, pendente capite et auribus, quae, vti et
cornua, frigebant; oculi vero pallidi, turbidi, fluentes erant. Excoriata carnem
oſterdebat ſanam; pulmones in externa ſuperficie leuiter inflammati, non adnati
pleurae, ſed quibusdam hydatidibus et ſcirrhis in-et exterius obſeſſi erant. Flac-
cidum cor fundebat ſanguinem floridum, ſimulque exterius aliquali inflammatione
tactum erat. Primus ventriculus pabulo ſatis ſicco valde diſtentus, alter viſcida
pituita plenus, tertius iterum pabulo ſicco refertus, ſolido durior et nigro-fuſcus
apparebat; quartus ventriculus continebat pituitam flavam. Omnes autem hi ven-
triculi cum annexis inteſtinis in-et externe inflammati erant. Totum iecur durum,
cyſtis fellea ſatis ampla, bile aquoſa flaueſcente plena erat. Vtero haec vacca
gerebat foetum fere ſeptimeſtrem, ipſa vteri interna ſuperficies vndequaque erat
inflammata. Pulmones foetus erant denſiores et rubro fuſci, nil vero praeterea
alieni alebant. Reliquae partes omnes vaccae bene ſe habebant.

Tertia tandem adhuc aperiebatur vacca, ante aliquot iam dies demortua,
cuius pulmones valde inflammati, putridique conſpiciebantur; hepar induratum
atque intenſe liuidum; cyſtis fellea vero vacua erat. Primus ventriculus inſigniter
inflammatus, pabuloque confertus adparebat, quod idem etiam in tertio ventri-
culo notabatur. Omnes ventriculi cum inteſtinis leuiter inflammati erant, nullum
tamen grauem foetorem ſpargebant.

Ex inſpectione aliorum cadauerum hac lue ſublatorum, et priuatim iam iam
perſcrutatorum, idem partium ſtatus fuiſſe dicitur, quem modo expoſuimus. In
nonnullis quidem pulmones vniuerſi putridi erant, talesque pecudes etiam per
XVI. dies morbo laborarunt; cum aliae modo ad tertium vel quintum usque
diem aegrotauerant. Repertum quoque fuit pabulum inſtar placentae induratum,
in plicis ventriculi tertii haerens, qui etiam durus nigrique coloris fuit.

In initio huius luis pecudes adhuc in paſcua miſſae fuerunt. Prima inquili
ni cuiusdam, quae morbo hoc corripiebatur vacca, horrorem primo perpeſſa
grauem, pandiculatione deinde diſtendebatur, et excrementa non ſine magna
moleſtia deiiciebat; ſurgebat, circumibat, decumbebat, alternatim. Poſtero die
muci albi copiam per aluum excernebat, et quinto die moriebatur. Hac prima
mortua, reliquae tres huius inquilini vaccae eodem modo hoc morbo inuadeban-



tur,

# OCTOBER habet dies XXXI.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☾ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S | Ortus ☉ h. m | Occaſ. ☉ h. m. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 a Remigii Ep. | 3 ♊ 22 | 9 ♎ 10 | 11.49.24 | 6 16 | 5 44 |
| 2 b LeodegariiEp | 17 ♊ 35 | 9 9 | - 49. 5 | - 17 | - 43 |
| 3 c Gerardi. | 1 ♋ 45 | 10 8 | - 48.47 | - 19 | - 41 |
| 4 d Franciſ. Conf. | 15 ♋ 50 | 11 7 | - 48.29 | - 21 | - 39 |
| 5 e Placidi Mart. | 0 ♌ 2 | 12 6 | - 48.12 | - 22 | - 37 |
| 6 f Brunonis | 13 ♌ 41 | 13 5 | - 47.55 | - 26 | - 36 |
| *Simile eſt regnum coelorum homini regi.* Matth. 22. | | | | | |
| 7 G Feſt.S.Roſ. | 27 ♌ 26 | 14 5 | - 47.38 | - 26 | - 34 |
| 8 a BrigittaeV | 11 ♍ 2 | 15 4 | - 47.22 | - 27 | - 33 |
| 9 b Dyoniſii E. | 24 ♍ 27 | 16 4 | - 47. 6 | - 29 | - 31 |
| 10 c Gereonis | 7 ♎ 40 | 17 3 | - 46.51 | - 31 | - 29 |
| 11 d Aemiliani. | 20 ♎ 38 | 18 2 | - 46.36 | - 33 | - 27 |
| 12 e Maximil. | 3 ♏ 21 | 19 2 | - 46.22 | - 34 | - 26 |
| 13 f Colomani | 15 ♏ 49 | 20 1 | - 46. 8 | - 36 | - 24 |
| *Erat quidam regulus, cuius Filius.* Ioann. 4. | | | | | |
| 14 G20 Caliſti P.M | 28 ♏ 2 | 21 1 | - 45.54 | - 38 | - 22 |
| 15 a Thereſiae V. | 10 ♐ 2 | 22 1 | - 45.42 | - 39 | - 21 |
| 16 b Galli Abb. | 21 ♐ 54 | 23 0 | - 45.30 | - 41 | - 19 |
| 17 c Roſinae V. | 3 ♑ 21 | 24 0 | - 45.18 | - 43 | - 17 |
| 18 d Lucae Euang. | 15 ♑ 29 | 25 0 | - 45. 7 | - 45 | - 16 |
| 19 e Petri de Alc. | 27 ♑ 22 | 26 0 | - 44.57 | - 46 | - 14 |
| 20 f Vitalis Ep. | 9 ♒ 27 | 27 0 | - 44 47 | - 48 | - 12 |
| *Aſſimilatum eſt regnum coelorum homini regi.* Matth. 18. | | | | | |
| 21 G21 VrſulaeV. | 21 ♒ 49 | 28 0 | - 44 38 | - 50 | - 10 |
| 22 a Cordulae | 4 ♓ 31 | 29 0 | - 44.29 | - 51 | - 9 |
| 23 b Seuerini Ep. | 17 ♓ 37 | 29 58 | - 44.21 | - 53 | - 7 |
| 24 c Euergislai | 1 ♈ 9 | 0 ♏ 58 | - 44.14 | - 55 | - 5 |
| 25 d Chryſ. et Dar. | 15 ♈ 6 | 1 58 | - 44. 8 | - 56 | - 4 |
| 26 e Euariſti P. | 29 ♉ 23 | 2 58 | - 44. 2 | - 58 | - 2 |
| 27 f Sabinae V. | 13 ♉ 56 | 3 58 | - 43.57 | - 59 | - 0 |
| *Abeuntes Phariſaei conſilium inierunt.* Math. 22. | | | | | |
| 28 G22 Sim.et Jud. | 28 ♉ 37 | 4 58 | - 43.53 | 7 1 | 4 59 |
| 29 a NarciſſiEp. | 13 ♊ 18 | 5 58 | - 43 50 | - 3 | - 57 |
| 30 b Germ. Vig. | 27 ♊ 55 | 6 58 | - 43.47 | - 4 | - 56 |
| 31 c Wolfg.E. *lei.* | 12 ♋ 21 | 7 58 | - 43.45 | - 6 | - 54 |

## Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 13 | Sept. |
| 7 | 4 | 17 | Merid. |
| 13 | 3 | 24 | |
| 19 | 2 | 31 | Sept. |
| 25 | 4 | 51 | |

| Ortus ☾ D. | h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 7 55p.m. | 11 27a.m. |
| 7 | 1 51a.m. | 3 40p.m. |
| 13 | 9 24a.m. | 6 7p.m. |
| 19 | 1 48p.m. | 11 24p.m. |
| 25 | 4 6p.m. | 5 13a.m. |

## Phaſes Lunae.

| | | |
|---|---|---|
| 4 | Vlt.q. | 3 h. 21 a.m. |
| 11 | Novil. | 6 - 41a.m. |
| 19 | Prim.q. | 8 - 53 a.m. |
| 26 | Plenil. | 6 - 28 p.m. |

## PHAENOMENA & obſeruationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 1 | Eclipſ. I Satell. ♃ 4 h. 55 m. 14 ſec. mane Immerſio |
| 2 | ☉ in diſt media a ☿. |
| 3 | ☾ in perig. . . . ☌ ♀ ☉ ſup. 7 h. veſp. |
| 5 | ☾ ♂. |
| 10 | Eclipſ. I. Satell. ♃ 1 h. 19 m. 40 ſec. mane Immerſio. . . ☾ ♀. |
| 17 | ☾ in apog. |
| 18 | Eclipſ. I. Satell. ♃ 9 h. 43′ 40″ veſp. Immer- merſ. ☌ ♀ ☉ ſup. 11 h. mane. |
| 21 | ☾ ♄. |
| 23 | ☾ ☉ in ♏ o h. 39 m. 40 ſec. veſp, |
| 24 | Eclipſ. I Satell. ♃ 5 h. 9 m. 34 ſee. mane Immerſ. |
| 26 | ♀ in diſt. media a ☉. |
| 30 | ☾ in perig. |

| Loca Planetarum. Dies | ♄ G. ♒ | M. | ♃ G. ♊ | M. | ♂ G. ♋ | M. | ♀ G. ♎ | M. | ☿ G. ♎ | M. | ♂ G. ♋ | H |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 22 | 44 | 26 | 19 | 10 | 9 | 3 | 44 | 6 | 31 | 29 | 36 |
| 13 | 22 | 28 | 26 | 36 | 15 | 44 | 18 | 43 | 26 | 52 | 29 | 54 |
| 25 | 22 | 12 | 26 | 24 | 20 | 30 | 3 ♏ | 44 | 15 ♏ | 39 | 4 ♌ | 4 |

tur, harumque duae moriebantur, et vna tantum ſuperſtes manebat. Hinc morbus ſenſim per totum progreſſus fuit pagum.

Quotquot igitur hac lue infeſtabantur pecudes, omnes primo horrore aggrediebantur; quaedam autem ſub ipſo paſtu cum vehementi corporis concuſſione in terram concidebant; quaedam ſurgentes valde diſtendebantur; per totum corpus horrore afficiebantur, et tunc ſtantes permanebant.

Omnes caput demittunt, pabulum auerſantur, vel delibant adhuc interdum primo alteroue die. Aures et cornua frigent, oculi lacrymas fundunt et colore obducuntur albo; quibusdam etiam nares deſtillant, plurimis vacillant dentes; omnes vero tuſſi ſicca, cum raucedine et ſternutatione, vexantur. Primo die quaedam frendent; os etiam modo frigidum eſt, modo calidum. Omnes Primo die excrementa laborioſe dimittunt. Succedit deinde diarrhoea, ſtercora tenuia et viridia expellens, quae interdum male olent, atque ab omnibus longius poſt tergum projiciuntur. Ructus quoque a nonnullis impetuoſi emittuntur; quaedam ſub diarrhoea fruſta muci flaueſcentis, magnitudine dimidi pugnii, excernebant, quaedam ſitiunt, quaedam ſecus. Morbus durat plerumque per tres, quinque, imo quandoque quatuordecim dies, don ec moriantur.

In villa nobilis cuiusdam matrooae quinque vaccae ſimul in hunc incidebant morbum, atque iisdem, quae iam expoſuimus, ſymtomatibus, horrore ſcilicet, et diarrhoea praegreſſis, tertio die moriebantur. Hoc facto morbus ſtatim alias XXVI. vaccas inuadebat eodem plane modo, quarum XXII. tertio die moriebantur; quatuor ſuperſtites octauo die incipiebant rurſus ſolito more excrementa dejicere, auideque bibere. Durante morbo parum potulenti pabulique aſſumebant, multum vero muci flaueſcentis naribus excernebant, ſub multa ſternutatione; iam vero conſueto more iterum vtuntur pabulo. Sub ipſo mortis agone pecudes hinc illinc iectingantur; quaedam terram perfodiunt linguamque nigro-fuſcam ex ore protendunt. Varia remedia, confuſe adhibita, certum alicuius ex iis effectum in dubio plane reliquerunt. Venaeſectio quoque absque fructu adminiſtrata fuit.

Ex modo expoſita igitur hac hiſtoria morbi, qui tam cito finitur, omnes vnius ſtabuli pecudes inuadit; multaque communia habet cum lue bouina huc vsque in Holſatia graſſante, itemque ex viſcerum inflammatione, facile colligitur, hanc luem in pago Mansfeld omnino eſſe contagioſam et optime dici *febrem acutam catarrhalem inflammatoriam*, quae, vti videtur, ab infectis iam locis modo adhuc incognito in praedictum illum pagum translata fuit; quamquam etiam ex hepatis induratione, et pulmonum, ſcirrhis et hydatidibus obſitorum, conſtitutione ſuſpicari liceat, diſpoſitionem quandam ſuſcipiendi tale contagium in pecore Mansfeldenſi iam praeſentem fuiſſe, inter cuius fortaſſis cauſſas occaſionales aquae etiam penuria, vti voluit bubulcus, referenda erit, neque tamen habeo, cur omnia ea, quae prioribus obſeruationibus in claſſem cauſarum retuli, hic pariter non applicem. Ceterum non dubito, quin morbus remediis magis auſcultauerit in iis, quorum viſcera ſalua adhuc fuerunt, ideoque vix crediderim, medicationi aliqualem adhuc locum eſſe in iis, quae viſcera recondunt ſcirrho obſeſſa.

# NOVEMBER habet dies XXX.

| Festa *SANCTORVM.* | Curſ. ☽ G. M. | Curſus ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ortus ☉ h. m. | Occaſ. ☉ h. m. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 d *F. Omn. Sanct.* | 26♋34 | 8♏58 | 11.43.45 | 7 7 | 4 52 |
| 2 e Fidel. Def. | 10♌33 | 9 58 | - 43.44 | - 9 | - 51 |
| 3 f Huberti. | 24♌18 | 10 59 | - 43.45 | - 11 | - 49 |
| *Loquente Jeſu ad turbas.* Math. 9. | | | | | |
| 4 G 23 Caroli Borr. | 27♍4 | 11 59 | - 43.47 | - 12 | - 48 |
| 5 a Zachar. Pr. | 21♍ 4 | 12 59 | - 43.49 | - 14 | - 46 |
| 6 b Leon. Abb. | 4♎ 7 | 13 59 | - 43.52 | - 15 | - 45 |
| 7 c Engelberti | 16♎57 | 15 0 | - 43.56 | - 17 | - 43 |
| 8 d Coronat. Mart. | 29♎35 | 16 0 | - 44. 1 | - 18 | - 42 |
| 9 e Theodori. | 12♏ 1 | 17 1 | - 44. 7 | - 20 | - 40 |
| 10 f Andreae Avell. | 24♏15 | 18 1 | - 44.14 | - 21 | - 39 |
| *Simile eſt regnum coelorum homini.* Math. 13. | | | | | |
| 11 G 24 Martini E. | 7♐43 | 19 1 | - 44.21 | - 22 | - 38 |
| 12 a Martini P. | 18♐15 | 20 2 | - 44.30 | - 24 | - 36 |
| 13 b Probi Mart. | 0♑ 4 | 21 2 | - 44.39 | - 25 | - 35 |
| 14 c Serapion. | 11♑50 | 22 3 | - 44.29 | - 27 | - 33 |
| 15 d Leopoldi | 23♑37 | 23 3 | - 45. 0 | - 28 | - 32 |
| 16 e Othmari. | 5♒29 | 24 4 | - 45.11 | - 29 | - 31 |
| 17 f Greg. Thaum. | 17♒32 | 25 5 | - 45.24 | - 30 | - 30 |
| *Simile eſt regnum coelorum grano ſinapis.* Math. 13. | | | | | |
| 18 G 25 Oddonis | 0♓ 0 | 26 5 | - 45.37 | - 32 | - 28 |
| 19 a Eliſabeth. | 12♓29 | 27 6 | - 45.51 | - 33 | - 27 |
| 20 b Edmundi R. | 25♓32 | 28 7 | - 46. 6 | - 34 | - 26 |
| 21 c Præſ. B. V. | 9♈ 2 | 29 7 | - 46.21 | - 36 | - 24 |
| 22 d Caeciliae V. | 23♈ 0 | 0♐ 8 | - 46.38 | - 37 | - 23 |
| 23 e Clementis | 7♉23 | 1 9 | - 46.55 | - 38 | - 22 |
| 24 f Chryſogoni | 22♉ 8 | 2 9 | - 47.15 | - 39 | - 21 |
| *Cum videritis abominationem deſolationis.* Matth. 24. | | | | | |
| 25 G Catharinae | 7♊ 7 | 3 10 | - 47.32 | - 40 | - 20 |
| 26 a Conradi E. | 22♊12 | 4 11 | - 47.51 | - 41 | - 19 |
| 27 b Virgilii Ep. | 7♋14 | 5 12 | - 48.11 | - 42 | - 18 |
| 28 c Gregorii III | 22♋ 3 | 6 13 | - 48.32 | - 43 | - 17 |
| 29 d Saturnin. | 6♌36 | 7 13 | - 48.54 | - 44 | - 16 |
| 30 e Andreæ | 20♌49 | 8 14 | - 49.16 | - 45 | - 15 |

## Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 34 | Merid. |
| 7 | 4 | 50 | |
| 13 | 0 | 22 | Sept. |
| 19 | 5 | 5 | |
| 25 | 1 | 41 | |

| Ortus ☾ D. | h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 10 32 | 0 53 a.m. |
| 7 | 4 33 | 3 17 |
| 13 | 10 49 a.m. | 6 49 p.m. |
| 19 | 1 20 p.m. | 0 26 a.m. |
| 23 | 4 31 p.m. | 7 59 a.m. |

## Phaſes Lunae.

| | |
|---|---|
| 2 | Vlt. q. 10 h. 56 a.m. |
| 9 | Novil. 10 - 33 p.m. |
| 18 | Prim. q 4 - 1 a.m. |
| 25 | Plenil. 5 21 a.m. |

## PHAENOMENA & obſervationes aſtrorum.

| Dies. | |
|---|---|
| 1 | ☾ ♂ . . . ☾ ♂. |
| 3 | Eclipſ. I Satell. ♃ 8 h. 1 m. 26 ſec. veſp. Immerſ. |
| 9 | ☾ ♀ . . . Ecl. I Satel. ♃ 3 h. 25 m. 24 ſec. mane Immerſ. |
| 10 | ☉ in ☍ ♂. |
| 11 | ☾ ☿. |
| 13 | ☾ in apog. |
| 17 | ☾ ♄ 9 h. veſp. |
| 19 | Eclipſ. I Satell. ♃ 6 h. 14 m. 18 ſec. p. m. Immerſ. |
| 22 | ☉ in ♐ 2 h. 52 min. mane. |
| 26 | ☾ ♃. |
| 27 | ☾ in perig. |

| Loca Planetarum. Dies. | ♄ G. ♒ M. | ♃ G. ♊ M. | ♂ G. ♋ M. | ♀ G. ♏ M. | ☿ G. ♏ M. | ☊ G. M. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 22 14 | 26 5 | 22 48 | 12 33 | 26 0 | 11 11 |
| 13 | 22 29 | 25 10 | 25 48 | 27 36 | 12 ♐ 20 | 0 9 |
| 25 | 22 57 | 23 52 | 27 12 | 12 ♐ 40 | 23 27 | 29 ♌ 56 |

Curatio morbidi et praeſeruatio ſani pecoris ab hoc morbo, ſecundum meam circa hanc rem cognitionem, vt et experientiam tam propriam, quam aliorum hac in parte expertorum Medicorum, ſincere nunc exponetur, ſalua tamen manente illuſtris Collegii ſanitatis cenſura, et accuratiore huius iudicii diſpoſitione. Sana adhuc pecora optime a morbo defenduntur, ſi mane et veſperi probe detergantur ſtrigili; eorum ſtabula ſuffiantur baccis Iuniperi, vel etiam Saccharo et Succino; poſtes ſtabulorum illinantur oleo C. C. foetido, et ſparſim ponantur fruſtula aſae foetidae et camphorae, de qua etiam portio quaedam collo alligari poterit pecori, bibendi cauſſa e ſtabulis miſſo. Stabula ſedulo a fimo repurgentur, et ſicca mundaque ſeruentur. Vena poterit ſecari iugularis, et ſanguis emitti ad libras tres vel quatuor; quo facto, praebeatur aceti vini quarta, vel aceti cereuiſiae acris dimidia pars menſurae, cui addatur dimidia vncia concharum praeparatarum, vel teſtarum ouorum, vel lapidum cancrorum, drachma vna nitri, et vnum cochlear mellis depurati, continuando hoc medicamentum per aliquot dies mane et veſperi. Porro praeſeruandi cauſſa vtilis quoque erit ſequens puluis, de quo per ſeptimanam aliquoties, quantum cochlear capit, cum aqua tepida, in qua auena excorticata vel farina hordei cocta fuit, exhibeatur; Rec. Nitri puri libram dimidiam, tartari albi crudi unciam vnam et ſulphuris crudi tantundem, haecque mixta in puluerem redigantur. Proficuum quoque fuerit omni octiduo vel decendio purgans aliquod exhibere, quod conſiſtere poteſt ex Aloës vncia dimidia et duabus drachmis tartari albi in puluerem redactis et cum aqua praedicta exhibendis. Quod ſi hoc non ſatis enacuauerit, aloë ad ſex drachmas, vel integram vnciam poterit praeberi. Conducere quoque ſolet frictio oris cum ſale, aceto et baccis lauri contuſis. Neque etiam ſetaceum ſub collo aut fonticulus in dorſo omni deſtituentur effectu.

Quam primum morbi ſaltem minimum adparet indicium, remouendum eſt pecus morboſum a reliquo ſano et huic vltimo ſtatim praebendus puluis ſupra dictus, vel potus commendatus mane et veſperi. Homines quoque circa morboſum verſantes pecus nullum prorſus commercium tam cum ſano pecore, quam cum iis, qui circa hoc occupati ſunt, habeant, et idcirco extra pagum in ſingulari caſa cum morboſis ſemper maneant. Morbidum pecus calore fouendum eſt: potus etiam calide porrigendus, qui ex aqua fluuiatili conſtare poteſt, cui manipulus farinae hordei, vel auenae excorticatae, addito etiam manipulo herbae ſaluiae, incoctus ſit, conſtare poterit.

Si itaque morbo ipſo pecus adfligitur, ante horrorem purgans adhibebitur: ſin vero horror iam iterum ceſſauerit, tunc euacuandi ſcopo ſaponis Veneti uncia dimidia, in calida aqua ſoluta, cum cremoris tartari tantumdem remixta, et ſi forſitan nimia aluum dejiciendi difficultas adfuerit, elapſis XII. horis quarta pars librae olei lini, faucibus infuſa, adhiberi poterit. Die poſt factam euacuationem ſanguis e collo mittitur ad tres vel quatuor libras, deinde per tres dies potus ſupra dictus mane, meridie et veſperi offertur. Venaeſectio autem ſtatim in principio fiat, neceſſe eſt, ſi vtilis eſſe debeat. Sanguis in terram ſtatim defodi debet, quod etiam de excrementis morboſi pecoris obſeruandum eſt. Dehinc mane, maridie et veſperi huius pulueris cochlear vnum cum aqua dicta tepida exhibeatur: Rec. Nitri depurati vncias octo, pulueris radicis gentianae rubrae et herbae cardui benedicti ana vncias quatuor, camphorae cum ſaccharo tritae drachmam vnam, mixta in pulueris formam redigantur. Os et labia tandem fricentur ſale, nitro et aceto, mundaque ſeruentur. Aures poterunt perforari ſubula, ipſisque induci ſetaceum.

Ex actis Phyſico-Medicis Academiae Caeſareae Naturae Curioſorum Volum IX. pag. 104.

## DECEMBER habet dies XXXI.

| Feſta SANCTORVM. | Curſ. ☾ G. M. | Curſus. ☉ G. M. | Tempus med. ☉ H. M. S. | Ortus ☉ h. m. | Occaſ ☉ h. m. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 f Eligii. | 4♍37 | 9♐ 15 | 11.49.39 | 7 46 | 4 14 |
| *Erunt Signa in Sole et Luna*, Luc. 21. | | | | | |
| 2 G1 *Advent.* | 18♍ 5 | 10 16 | - 50. 3 | - 47 | - 13 |
| 3 a Franc. Xav. | 1♎13 | 11 17 | - 50.27 | - 47 | - 13 |
| 4 b Barbaræ V. | 14♎ 2 | 12 18 | - 50.52 | - 48 | - 12 |
| 5 c Sabbae *jei.* | 26♎36 | 13 19 | - 51.17 | - 49 | - 11 |
| 6 d Nicolai E. | 8♏57 | 14 20 | - 51.43 | - 50 | - 10 |
| 7e *Ieiun.* Ambroſii | 21♏ 7 | 15 21 | - 52.10 | - 50 | - 10 |
| 8 f *Conc. B. V.* | 3♐ 8 | 16 22 | - 52.37 | - 51 | - 9 |
| *Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.* Matth. 11. | | | | | |
| 9 G2 Juliani Ep. | 15♐ 3 | 17 23 | - 53. 4 | - 51 | - 9 |
| 10 a Melchiad. | 26♐53 | 18 28 | - 53.32 | - 52 | - 8 |
| 11 b Damaſi Ep. | 8♑41 | 19 25 | - 53.60 | - 52 | - 8 |
| 12 c Iuſtini. *Iei.* | 20♑28 | 20 26 | - 54.28 | - 53 | - 7 |
| 13 d Luc. Ottil. | 2♒ 8 | 21 27 | - 54.57 | - 53 | - 7 |
| 14 e Nicaſii E *Iei.* | 14♒13 | 22 29 | - 55.26 | - 54 | - 6 |
| 15 f Euſebii E. | 26♒17 | 23 30 | - 55.56 | - 54 | - 6 |
| *Miſerunt Iudaei ab Hieroſol. Sacerdotes.* Ioan. 1. | | | | | |
| 16 G3 Eberh. E. | 8♓34 | 24 31 | - 56.25 | - 54 | - 6 |
| 17 a Lazari | 21♓ 8 | 25 32 | - 56.55 | - 54 | - 6 |
| 18 b Gratian. | 4♈ 4 | 26 33 | - 57.25 | - 54 | - 6 |
| 19 c Nemeſ. *Q. T.* | 17♈24 | 27 54 | - 57.54 | - 55 | - 5 |
| 20 d Chriſtiani | 1♉11 | 28 35 | - 58.24 | - 55 | - 5 |
| 21 e Thom. A. *Q. T.* | 15♉26 | 29 36 | - 58.54 | - 55 | - 5 |
| 22 f Demetrii *Q. T.* | 0♊ 5 | 0♑38 | - 59.24 | - 55 | - 5 |
| *Anno 15 Imperii Tiberii Caeſaris* Luc. 3. | | | | | |
| 23 G4 Victor. | 15♊ 5 | 1 39 | - 59 54 | - 54 | - 5 |
| 24 a Adam. Eua | 0♋17 | 2 40 | 12. 0.24 | - 54 | - 6 |
| 25 b *Nat. D. N. I. C.* | 15♋33 | 3 41 | - 0.54 | - 54 | - 6 |
| 26 c *Stephani Prot.* | 0♌41 | 4 42 | - 1.42 | - 54 | - 6 |
| 27 d Joh. Euang. | 15♌34 | 5 43 | - 1.54 | - 54 | - 6 |
| 28 e Innoc. Mart. | 0♍ 4 | 6 44 | - 2.23 | - 53 | - 7 |
| 29 f Thomae Cant. | 14♍ 7 | 7 46 | - 2.52 | - 53 | - 7 |
| *Erant Ioſeph et Maria.* Luc. 2. | | | | | |
| 30 G Dauidis Reg. | 27♍43 | 8 47 | - 3.21 | - 53 | - 7 |
| 31 a Silueſtri Pap. | 10♎53 | 9 48 | - 3.49 | - 52 | - 8 |

### Latitudo ☾

| Dies | gr. | m. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 4 | 55 | Merid. |
| 7 | 3 | 0 | |
| 13 | 3 | 10 | Sept. |
| 19 | 4 | 56 | |
| 25 | 1 | 48 | Merid. |

| Ortus ☾ D. | h. m. | Occaſus ☾ h. m. |
|---|---|---|
| 1 | 12 1 p.m | 0 12 p.m. |
| 7 | 5 4 a.m | 2 39 p.m. |
| 13 | 10 16 a.m. | 7 48 p.m. |
| 19 | 0 17 p.m. | 1 27 a.m. |
| 25 | 5 30 p.m. | 8 23 a.m |

### Phaſes Lunae.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | Vlt. q. | 8 h. 49 p.m. |
| 9 | Novil. | 5 - 2 p.m. |
| 17 | Prim q. | 8 - 55 p.m. |
| 24 | Plenil. | 4 - 4 p.m. |
| 31 | Vlt. q. | 9 - 46 a.m. |

### PHAENOMENA & obſeruationes aſtrorum.

Dies.
- 2 ☌ ☿ ☉ 10 h. veſp.
- 3 Eclipſ. I Satell. ♃ 9 h. 58 m. 28 ſec. p. m. Immerſ.
- 5 ☉ in ☊ ♂
- 8 ☌ ☿ ☉ infer.
- 9 Eclipſ. ☉ inviſib.
- 10 ☾ ♀ die 11 ☾ in apog.
- 12 Eclipſ. I Satell. ♃ 6 h. 16 m. 10 ſec. veſp. Immerſ
- 13 ☍ ♃ ☉ 3 h. veſp.
- 15 ☾ ♄.
- 21 ☉ in ♑ 9 h. 16 min 40 ſec. veſp. Solſtiſt. hyem.
- 24 Eclipſ. Lunae partialis conſpicua . . . ☾ in perig.
- 25 Eclipſ. I Satell. ♃ 5 h. 41 m. mane Emerſio.
- 26 ☾ ♂.

| Loca planetarum. Dies | ♄ G. ♒ | M. | ♃ G. ♊ | M. | ♂ G. ♌ | M. | ♀ G. ♐ | M. | ☿ G. ♐ | M. | ♂ G. ♌ | M |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 23 | 17 | [illegible] | 8 | 27 | 14 | 20 | 11 | 23 | 7 | 29 | 49 |
| 13 | 24 | 4 | 21 | 30 | 25 | 45 | 5 ♑ | 13 | 9 | 31 | 29 | 30 |
| 25 | 25 | 4 | 19 | 54 | 22 | 24 | 20 | 17 | 11 | 24 | 29 | 3 |